INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCLXVII—VIII

A DIE XVI MENSIS OCTOBRIS

HABENDARVM.

INSVNT

FRANCISCI SVSEMIHL DE ARISTOTELIS POLITICORVM LIBRIS PRIMO ET SECVNDO QVAESTIONES CRITICAE.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GVIL. KVNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

MDCCCLXVII.

UNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

IULIUS BUDGE

CUM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBUS ACADEMICIS.

Nuper cum Aristotelis libros politicos una cum Francisco Buechelero collega coniunctissimo denuo legerem, complures invenimus locos magna ex parte mihi antea nondum suspectos, in quibus aut intercidisse quaedam aut verus sententiarum ordo turbatus esse aut aliae labes pristinum nitorem obscurasse nobis viderentur. Quorum nonnullos, qui in horum librorum primo et secundo leguntur, hac scribendi occasione oblata accuratius tractabo, prius tamen corrigam quae de eisdem libris alibi minus recte disserui.

Et primum quidem traditam formam enuntiati *ἔτι τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος βέλτιστον· ἡ δ' αὐτάρκεια καὶ* (om. P^1 Bekk.) *τέλος καὶ βέλτιστον* 1, 2. 1252^b, 34 sqq. in sententiarum perpetuitatem minime quadrare, mecum[1]) Buechelerus quoque intellexit, sed quam ego non deprehendi corruptelae sedem, iste aperuit, suo iure, ni fallor, lacunam statuens post verba *η δ' αὐτάρκεια*, nisi credere malimus, id quod magis a verisimilitudine abhorrere videtur, omnia esse interpolata. Deinde neque etiam nunc, ut antea credidi[2]) c. 2. 1253^a, 15 *δὲ* in *γὰρ* mutandum esse arbitror et male scripsi[3]): „Er wolle, sagt Aristoteles c. 3. 1253^b, 14 ff., zuerst vom Herrn und Sclaven handeln, einmal, weil die richtige Auffassung dieses Verhältnisses nach einer zweifachen Richtung hin am meisten im Argen liege (*κἂν εἴ τε πρὸς τὸ εἰδέναι — βίαιον γάρ*, Z. 16—23), sodann aber auch weil die Erörterung dieses Verhältnisses den Weg bahne zu der vom nothwendigen Lebensbedarf überhaupt (*ἵνα τά τε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ἴδωμεν* Z. 15 f.).“ Nam totus locus ita potius vertendus erat: „Zuvörderst jedoch wollen wir vom

---

1) V. Mus. Rhen. XX. p. 517. n. 8.

2) Ibid. p. 509. n. 2. Ceterum 1253^a, 12 sq. ex optimis codicibus $P^{1 \cdot 2 \cdot 3}$ *τοῦ ἔχειν αἴσθησιν* pro *ὥστε αἰσθάνεσθαι τοῦ* restituendum est.

3) Ibid. p. 514.

Herrn und Sklaven reden, um diesen Gegenstand sowohl mit Rücksicht auf den praktischen Bedarf zu betrachten, als auch darauf, ob wir etwa theoretisch denselben richtiger zu fassen im Stande sein werden als die jetzt gangbaren Annahmen. Denn jetzt gilt den Einen . . . und den Andern erscheint u. s. w." Nec minus[4]) lapsus sum cum codicum nonnullorum lectionem *οἰκονομίας* c. 9. 1257^{b}, 30 probavi in eodemque capite 1257^{a}, 23 Corais coniecturam *ἐστέρουντο* praetuli verissimae Schneiderianae, ex qua post *πάλιν καὶ ἑτέρων* addendum est *ἐδέοντο*. Contra ea in universum me nondum poenitet eius iudici quod feci de loco 1257^{b}, 5—10, sed quod verba *διὰ τὸ περὶ τοῦτ' εἶναι τὴν χρηματιστικὴν καὶ τὴν καπηλικήν* (l. 9 sq.) secludenda mihi videbantur, leniore profecto medicina utendum est. Quam ut inveniamus, satis opportune ut saepissime alibi ita hic nobis opitulatur vetus ille interpres Latinus Guilelmus de Moerbeka, cum is quidem *εἶναι* post verba *ποιητικὴ γὰρ* (l. 7) in codice suo non legerit. Hunc igitur infinitivum falso hic intrusum si expellamus, simul vero ante *τὴν καπηλικὴν* eundem repetamus, mutatis tantum praeterea verbis *διὰ τὸ* in *διὸ* opus erit, ut optimus existat totius loci sensus *διὸ δοκεῖ ἡ χρηματιστικὴ μάλιστα περὶ τὸ νόμισμα εἶναι καὶ ἔργον αὐτῆς τὸ δύνασθαι θεωρῆσαι πόθεν ἔσται πλῆθος [χρημάτων], ποιητικὴ γὰρ [εἶναι τοῦ] πλούτου καὶ χρημάτων· καὶ γὰρ τὸν πλοῦτον πολλάκις τιθέασι νομίσματος πλῆθος, διὸ περὶ τοῦτ' εἶναι τὴν χρηματιστικὴν καὶ <εἶναι> τὴν καπηλικήν*, quo sensu quod in initio demonstrandum id ipsum in fine demonstratum esse significatur, quemque Germanice ita fere reddas: „Und darum entsteht denn der Schein, als wäre die Erwerbskunst vorzugsweise auf das Geld gerichtet und die Aufgabe der Erwerbskunde, dass sie zu erkennen vermöge, woraus sich möglichst viel (Geld) ziehen lasse, sofern sie es ja in der That mit der Herbeischaffung von Reichthum und Besitz zu thun hat. Denn auch den Reichthum setzt man insgemein in die Masse von möglichst viel Geld, und so entsteht denn eben der Glaube, dass die Erwerbskunst es hiemit zu thun habe und im eigentlichen Handelsgeschäft bestehe." Articulus *τοῦ* autem cum genetivo *πλούτου* coniunctus utrum cum Corae uncis includendus sit an fortasse in *ὄντως* corrigendus, decernere nolo. Sed haec hactenus: ad locos transeo a me antea nondum tentatos.

In primi libri capite secundo describit Aristoteles quomodo ipsa natura duce familia extiterit e coniunctis viro cum muliere generis propagandi servoque cum domino vitae sustentandae causa his verbis 1252^{a}, 26—34: *ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι . . . θῆλυ μὲν καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν . . . ἄρχον δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον διὰ τὴν σωτηρίαν· τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν ἄρχον φύσει καὶ δεσπόζον [φύσει]*[5]), *τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν ἀρχόμενον φύσει καὶ*[6]) *δοῦλον· διὸ δεσπότῃ καὶ δούλῳ ταὐτὸ συμφέρει*. In quibus nisi mendum inest, latent, ut cum Schneidero loquar, ea ad quae refertur *ταῦτα* in verbo *προορᾶν*, ut *ταῦτα* sint *τὰ ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος προεωραμένα*. Sed debilitatur, ut de constructionis duritie taceam, et obscuratur tali ratione vis oppositionis, quae aperte est inter *ποιεῖν* et *προορᾶν* ut inter *τῷ σώματι* et *τῇ διανοίᾳ*, neque satis distincte id ipsum intellegitur, cuius causa tota

---

4) Ibid. p. 510 sq.

5) Seclusit Thurotus Etudes sur Aristote, Paris. 1860. p. 4.

6) Pro *φύσει καὶ* codices praebent *καὶ φύσει*. Correxit idem Thurotus.

haec parenthesis addita est, ad vitae necessitudinem (*τὴν σωτηρίαν*) eadem illa pertinere, quae ut perficiantur domini mente providenda, servi corpore elaboranda sunt, eamque ipsam ob rem eadem esse utriusque commoda ipsaque natura hunc cum illo congregari. Itaque nescio an post *τῇ διανοίᾳ* exciderit *τὰ δέοντα*.

Ex his duabus mulieris cum viro servique cum domino consociationibus paulo post 1252ᵇ, 9 Aristoteles quae de eisdem demonstravit una comprehendens observat extitisse primam familiam, quamquam pauperes adeo servis carentes eorum loco in domitorum animalium usu acquiescere coacti sunt, *ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν δύο κοινωνιῶν οἰκία πρώτη . . . πένησίν ἐστιν*, sed expectamus haud dubie, cum id ipsum ei propositum sit ostendere, quomodo gradatim e minore societate maior prodierit, vicus e domibus et civitas e vicis, post primam illam familiam etiam auctam liberis naturalique eorum cum parentibus consociatione, quae tertia est praeter duas illas, minime neglegi. Nam hoc quidem auctu una familia paulatim in plures dilatatur pluresque cognatae in vicum coniunguntur. Accedit Aristotelis usus loquendi, secundum quem particulis *μὲν οὖν* quae antea disseruit brevi complexus ad alias res tractandas *δὲ* particula transire solet, idemque hoc quoque loco ab eo factum atque alterum membrum, in quo de altera hac, ut ita dicam, dilatataque familia verba fecerat, temporum invidia nobis ereptum esse, veri eo minus dissimile est, quod verba iam quae proxime secuntur *ἡ μὲν οὖν εἰς πᾶσαν ἡμέραν συνεστηκυῖα κοινωνία κατὰ φύσιν οἶκός ἐστιν . . . ἡ δ' ἐκ πλειόνων οἰκιῶν κοινωνία πρώτη χρήσεως ἕνεκεν μὴ ἐφημέρου κώμη* (l. 12—16) plane eadem ratione clausulam imponunt toti quae est de familia argumentationi transitumque parant ad maiorem maiorisque propositi societatum primam, id est vicum, ut vix credibile sit, nihilominus Aristotelem non de omni, sed de principali sola ac minima familia esse locutum.

Eiusdem generis clausula transitusque initio capitis quinti pessima interpunctione, ut saepissime factum est, in editionibus nostris obruta sunt. Qua correcta haec habemus 1254ᵃ, 13—20 quae pro sanis vix venditaveris: *τίς μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ δούλου καὶ τίς ἡ δύναμις ἐκ τούτων δῆλον (ὁ γὰρ μὴ αὑτοῦ φύσει ἀλλ' ἄλλου, ἄνθρωπος δέ, οὗτος φύσει δοῦλός ἐστιν, ἄλλου δ' ἐστὶν ἄνθρωπος, ὃς κτῆμα ἢ ἄνθρωπος ὤν, κτῆμα δὲ ὄργανον πρακτικὸν καὶ χωριστόν)· πότερον δ' ἐστί τις φύσει τοιοῦτος ἢ οὔ . . . μετὰ ταῦτα σκεπτέον*. Pro *ἄνθρωπος ὤν* codices optimi P¹·²·³ nec non Ṁᵇ et Q praebent *δοῦλος ὤν* et ad idem redit Guilelmi lectio corruptissima *ἢ δοῦλος ἦ*[7]) pro *ἢ δοῦλος* (aut *ἄνθρωπος*) *ὤν*, sed male hoc defendit Coraes. Definitio enim servi cum hoc loco ita progrediatur vel potius regrediatur, ut haec notio per aliam definiatur, quae ipsa nova definitione indigeat eaque, ut par est, statim instruatur: *ἄλλου δ' ἐστὶν ἄνθρωπος, ὃς κ. τ. λ.*, nec non hanc alteram definitionem vel tertia eadem ratione sequatur: *κτῆμα δὲ ὄργανον κ. τ. λ.*, profecto si ad alteram perficiendam ea ipsa notio primaria servi adhibita esset, cuius definiendae causa haec omnia fiunt, circulus vitiosus existeret in definiendo. Ergo lectio *ἄνθρωπος ὤν*, quamvis codicibus tantum Sᵇ et Tᵇ et correcturis P¹·³· Mᵇ nitatur, quin verior sit et antiquior, nullus dubito, praesertim cum, quam sit hic locus a librariis turbatus, ipsa Guilelmi lectio documento sit. Quamquam nescio an ipse Aristoteles ne sic quidem scripserit,

7) „quicumque res possessa aut servus est." V. Thurot. l. l. p. 281.

sed recte potius idem Coraes se ipse quodammodo corrigens hoc addittamentum prorsus inutile, quod definitionis perspicuitati magis officit quam prodest (nam qui alius hominis est homo aliter id ipsum nisi utpote homo vel quamvis homo nullo modo esse potest), eiciendum esse suspicatus sit. Nam quae in verbis antecedentibus *ὁ γὰρ μὴ αὑτοῦ κ. τ. λ.* a codicibus P[1. 4] Paris. 964 pro *ἄνθρωπος δὲ* offertur lectio *ἄνθρωπος ὢν* unice vera videtur, si quidem est natura servus non is, qui quamquam natura alius hominis tamen ipse homo, sed is, qui quamquam homo tamen natura alius hominis est. Praeterea utriusque lectionis sensus si aeque bonus esset, tamen codici P[1] auctoritas saepissime maior quam ceteris est tribuenda, quippe qui cum optimo fonte, Guilelmum dico, plerumque conspiret, nec non P[4] haud raro eiusdem societatis particeps est, quapropter hic etiam Guilelmum ipsum, etsi nulla ex eo affertur varietas, *ὢν* non *δέ* legisse coniectaverim. Hac autem lectione restituta ut etiam magis displicet mala verborum *ἄνθρωπος ὢν* post tam parvum intervallum repetitio, cum sit nullius plane momenti, ita facilis sane explicatu fit e dittographia orta.

Iam transit in verbis sequentibus Aristoteles ad demonstrandum, extare revera homines ipsa natura ad servitutem destinatos: *τὸ γὰρ ἄρχειν*, inquit 1254ᵃ, 21—28, *καὶ ἄρχεσθαι οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων ἐστί, καὶ εὐθὺς ἐκ γενετῆς ἔνια διέστηκε τὰ μὲν ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ τὸ ἄρχειν. καὶ εἴδη πολλὰ καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων ἐστίν, καὶ ἀεὶ βελτίων ἡ*[8]) *ἀρχὴ ἡ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων, οἷον ἀνθρώπου ἢ θηρίου· τὸ γὰρ ἀποτελούμενον ἀπὸ τῶν βελτιόνων βέλτιον ἔργον, ὅπου δὲ τὸ μὲν ἄρχει, τὸ δ' ἄρχεται, ἐστί τι τούτων ἔργον. ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων κ. τ. λ.* In quibus verbis lacunam deprehendisse ante *ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων* sibi visus est Conringius, recte multis locis, qui aliis integerrimi videbantur offensus, sed cum saepe tum vero hic de viti genere falsus. Neque melius res Schuetzio[9]) cessit, verba *καὶ εἴδη πολλὰ . . . τούτων ἔργον* (l. 24—28) in caput septimum ante *ἡ μὲν γὰρ* 1255ᵃ, 18 traicienti, quo facto minore turba ab hoc loco remota maior in alterum illum intruditur. Ibi enim his verbis interpositis *ἡ μὲν* et *ἡ δὲ* tam longo intervallo a *φανερὸν δὲ καὶ ἐκ τούτων ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι δεσποτεία καὶ πολιτική* (l. 16 sq.) separantur tamque multa de multis variisque imperandi modis imperantiumque et parentium generibus disseruntur, ut vix vel sic *ἡ μὲν* ad *πολιτική* et *ἡ δὲ* ad *δεσποτεία* referri queat intellegique, de solis his duobus modis proprio sensu esse sermonem ceterorumque omnium in transcursu tantum mentionem esse factam. Sed cum recte et Conringius et Schuetzius perspexerint, enuntiato hoc *ὅσα γὰρ ἐκ πλείονων κ. τ. λ.* non causam afferri eorum quae in proxime antecedente *καὶ εἴδη πολλὰ . . . τούτων ἔργων* dicta sunt, sed eorum quae in proximo inferiore *καὶ εὐθὺς . . . ἄρχειν*, nonne hac ipsa re transpositione quidem opus esse monstratur, sed lenissima ea, qua haec duo membra locum inter se mutent, ut *καὶ εὐθὺς . . . ἄρχειν* verba post *καὶ εἴδη . . . τούτων* collocata nullis aliis interiectis cum *ὅσα γὰρ κ. τ. λ.* tanquam effectus cum causa sua coniungantur? Et revera sic germanum sententiarum ordinem esse restitutum facillime fortasse addita etiam huius loci interpretatione vernacula intellegetur: „Denn Herrschen und Beherrschtwerden gehört nicht nur zu den nothwendigen, sondern auch zu den nützlichen Dingen, und es giebt viele Arten von

8) Seclusit Coraes.

9) De fundamentis reipublicae, quae primo Politicorum libro ab Aristotele posita sunt. Potsdam. 1860. p. 6. sq. 11.

Herrschern und Beherrschten, und jedesmal ist diejenige Art von Herrschaft die edlere, die über Edlere geübt wird, wie z. B. edler die Herrschaft über einen Menschen als über ein Thier ist, denn eine edlere Aufgabe ist immer die, welche von Edleren erfüllt wird, wo aber der eine Theil herrscht und der andere dient, da handelt es sich immer für beide um eine bestimmte Aufgabe. Gleich mit der Entstehung ferner scheidet sich Einiges so von einander, dass das Eine den Beruf zum Herrschen und das Andere zum Dienen zeigt. Denn in Allem, was aus mehreren Theilen besteht und aus denselben zu einer gemeinsamen Einheit erwächst, sei es nun aus zusammenhängenden oder getrennten Theilen, tritt immer auch ein Herrschendes und ein Beherrschtes hervor."

In verbis quae secuntur, l. 31—34, suadente Buechelero post *ἐμψύχοις* addendum *μᾶλλον ἢ τοῖς ἀψύχοις* et hoc modo interpungendum esse: *καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις* <*μᾶλλον ἢ τοῖς ἀψύχοις*>· *καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς ἐστί τις ἀρχὴ οἷον ἁρμονίας, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως, τὸ δὲ ζῷον κ. τ. λ.*, iam alio loco[10]) monui, quapropter nunc unum tantum adicio. Verborum enim *οἷον ἁρμονίας* sensum unice toti cogitatorum seriei convenientem iam a Garvio, cum vertat „bei der Harmonie mehrerer Saiten, wo immer ein Ton der Grundton ist", et a Bojesenio[11]), qui rem accuratius demonstravit, intellectum cum vix haec verba exprimere queant, satis facilem hanc eorum emendationem *οἷον ἐν ἁρμονίᾳ* a viris doctis non repudiatum iri spero. Germanice sic fere dixeris: „Und es zeigt sich dies aus der ganzen Natur an den beseelten Wesen <in höherem Maasse als an den unbeseelten>, denn auch im Leblosen ist (zwar) eine Art von Herrschaft zu finden, wie z. B. (die des Grundtons) in einer Tonart, indessen dürfte dies doch u. s. w., das lebendige Wesen aber u. s. w."

In eiusdem capitis verbis 1254^{a}, 39 sqq. *τῶν γὰρ μοχθηρῶν ἢ μοχθηρῶς ἐχόντων δόξειεν ἂν ἄρχειν πολλάκις τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διὰ τὸ φαύλως καὶ παρὰ φύσιν ἔχειν* Guilelmus in codice suo non *μοχθηρῶς* sed *φαύλως* videtur invenisse (vertit enim: „prave") et sic hoc quoque loco, ut vidit Buechelerus, melioris lectionis vestigia nobis servasse, cum revera *φαύλως* melius se habeat, dummodo simul quod sequitur *φαύλως καὶ* secludatur.

Idem Buechelerus nescio an recte offensus sit verbis 1254^{b}, 19 sq. *οὗτοι μέν εἰσι φύσει δοῦλοι, οἷς βέλτιόν ἐστιν ἄρχεσθαι ταύτην τὴν ἀρχήν, εἴπερ καὶ τοῖς εἰρημένοις.* Quae enim est *αὕτη ἡ ἀρχή*? Num *δεσποτική*? At ea non convenit *πᾶσι τοῖς εἰρημένοις.* An qualis *τοῖς εἰρημένοις*, id est naturalis? At hac ratione probata *ταύτην* ad *φύσει*, non ad *δοῦλοι* referendum esset, quae constructio vix tolerabilis est. Quae cum ita sint, posterior haec interpretandi ratio per se unice vera ut etiam linguae accommodetur, pro *εἴπερ* scribendum esse *ᾗπερ* censet Buechelerus.

Nec ab omni mendo libera esse videntur quae proxime secuntur l. 21 sqq. *ἔστι γὰρ φύσει δοῦλος ὁ δυνάμενος ἄλλου εἶναι . . . καὶ ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον ὥστε αἰσθάνεσθαι ἀλλὰ μὴ ἔχειν· τὰ γὰρ ἄλλα ζῷα οὐ λόγου αἰσθανόμενα, ἀλλὰ παθήμασιν ὑπηρετεῖ.* Post-

10) In Philologo XXV. p. 408.

11) Bidrag til Fortolkningen af Aristoteles's Böger om Staten. I. Hafn. 1844. p. 5 sqq.

quam enim Aristoteles demonstravit, cum ipsa natura cetera animalia hominum imperio subiecta sint, idem inter homines ipsos de eis valere, qui tanto fere intervallo ab aliis distent, quanto bestiae ab hominibus, eosque idcirco natura esse servos, haud sane novo argumento his verbis rem confirmat, sed accuratius explicat, quales tandem homines sint illi servi naturales et ita quidem, ut simul quae antea recto modo non satis servato contenderat, in angustiores fines compellat discrimine quodam inter servos eiusmodi atque bestias statuendo. Non igitur locus esse videtur coniunctioni causali *γάρ*, sed pro *ἔστι γὰρ* scribendum *ἔστιν ἄρα* [12]).

In fine capitis **noni** 1258^a, 14 sqq. *περὶ μὲν οὖν τῆς τε μὴ ἀναγκαίας χρηματιστικῆς, καὶ τίς, καὶ δι' αἰτίαν τίνα ἐν χρείᾳ ἐσμὲν αὐτῆς, εἴρηται· καὶ περὶ τῆς ἀναγκαίας, ὅτι ἑτέρα μὲν αὐτῆς οἰκονομικὴ δὲ κατὰ φύσιν ἡ περὶ τὴν τροφήν, οὐχ ὥσπερ αὕτη ἄπειρος ἀλλ' ἔχουσα ὅρον* negationem *μὴ* a priore *ἀναγκαίας* separare atque ad alterum trahere voluerunt Hampkius[13]) et Rassovius[14]), quibus suo iure oblocutus est Schnitzerus[15]) recte animadvertens, verbis *ἐν χρείᾳ ἐσμὲν αὐτῆς* usum solum non necessariae lucri quaerendi artis significari, cum multis rebus utamur, quamvis bene eis carere queamus. Addere potuit vir doctissimus vix placere affectatum genus loquendi, quo de non necessaria eiusmodi arte non dictum esse quid ipsa sit et qua ratione a necessaria differat, sed qua necessaria sive *ἡ περὶ τὴν τροφὴν* ab ipsa scriptor pronuntiet. At minusne affectata et contorta est constructio qua vir egregius traditam lectionem defendere conatus est, *ἡ περὶ τὴν τροφήν* contendens non subiectum esse sed appositionem supplendi subiecti *ἡ ἀναγκαία*? Quis, quaeso, unquam Graece ita locutus est? Longe igitur melior haud dubie est lenissima Schneideri correctura a Corae quoque recepta *ᾗ περὶ τὴν τροφήν*. Quamquam ne haec quidem omni ex parte mihi satisfacit, cum non in victu tantum, sed etiam in ceteris rebus ad vitam sustentandam necessariis comparandis hoc *χρηματιστικῆς* genus versetur, cf. c. 8. 1256^b, 19 sq. *καὶ ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν, ἵνα καὶ ἐσθὴς καὶ ἄλλα ὄργανα γίνηται* ibidemque l. 23 sqq. *διὸ καὶ ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται κ. τ. λ.* et c. 3. 1253^b, 25 sqq. *ὥσπερ . . . ἀναγκαῖον . . . ὑπάρχειν τὰ οἰκεῖα ὄργανα οὕτω καὶ τῷ οἰκονομικῷ κ. τ. λ.* [16]) Nisi igitur eadem significandi neglegentia qua in capite decimo hic quoque usus est Stagirita, non ex ipsius calamo profectum est totum hoc additamentum, sed a lectore aliquo adscriptum margini postea in ipsa scriptoris verba irrepsit.

Pro *ὑλοτομία* in capite **undecimo** 1258^b, 31 Guilelmi lectionem *ἡ λατομία* recte probarunt Victorius et Casaubonus. Etsi enim cum Schneidero verum esse concedo id quod monuit Conringius, *λατομίαν* rectius nomine *μεταλλευτικῆς* comprehendi, tamen si legimus *ἡ λατομία τε καὶ πᾶσα μεταλλευτική*, satis patet angustiore sensu hoc loco *μεταλλευτικὴν* esse usurpatam, quem a Graeca lingua prorsus abhorrere vix quisquam contendet,

---

12) Ex contrario particulam consecutivam *οὖν* commutandam esse cum causali *γοῦν* c. 8. 1256^b, 20 dudum vidit Conringius, sed eum non audiverunt recentiores.

13) Kritische und exegetische Bemerkungen über das erste Buch der Politik des Aristoteles. Lyck. 1863. p. 13 sq.

14) Bemerkungen über einige Stellen der Politik des Aristoteles. Vimar. 1864. p. 7. n. 3.

15) In Eos I. p. 508 sq.

16) Cf. quae de his verbis disserui in Iahn. ann. XCIII. 1866. p. 327 sq. n. 1.

ipseque Schneiderus fateri coactus est in retinenda librorum lectione structuram verborum ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ τῶν ἀπὸ γῆς γινομένων ἀκάρπων μὲν χρησίμων δέ (l. 29 sq.) non posse a se expediri, quae tamen Guilelmum secuto non ita difficilis est expeditu. Lapides enim saxaque sunt terrae ipsius pars, metalla contra ea et quaecunque praeterea ex imo terrae recessu metallicorum labore in lucem proferuntur terra tantum genita (ἀπὸ γῆς γινόμενα) iure quodam appellari possunt. Lapicidinae igitur sunt inter eos mixti generis quaestus, qui ex ipsa terra, fodinae inter eos, qui ex rebus talibus fiunt, quales etsi fructus terrae non sunt, tamen in terra gignuntur hominibusque utiles sunt. Pluralis autem ὅσα ad singularem τρίτον εἶδος (l. 27) relatus nihil sane miri habet, cum tertium genus hac ipsa ratione in varias species disiungatur. Sed gravissima causa, qua lectio ἡ λατομία defenditur, ea est, quod ὑλοτομία, quae vox insuper caesuram, non id quod sententia postulat, culturam arborum significat, vix mixti huius generis, sed primi potius (οἰκειοτάτης l. 20) pars habenda est, quoniam γεωργία πεφυτευμένη (l. 17 sq.), ni admodum fallor, non pomorum tantum culturam significat, verum simul etiam rem saltuariam complectitur.

De universo autem enuntiato quod ibidem legitur l. 35—39 εἰσὶ δὲ τεχνικώταται μὲν τῶν ἐργασιῶν ὅπου ἐλάχιστον [τῆς] τυχῆς, βαναυσόταται δ' ἐν αἷς . . . ἀρετῆς haec est Schneideri observatio: „Ex Piccarti annotatione disco Montecatinum dubitasse, unde totus hic locus huc pervenerit; Piccartus ipse non dubitavit eum restituendum esse in suam sedem post verba τῷ σώματι μόνῳ χρησίμων (l. 27), cui iudicio neminem facile assensurum esse spero.“ Nec spes fefellit virum acutissimum; quin etiam ipse Piccartus intellegere potuit, e numero τῶν ἐργασιῶν (l. 36) tertium illud mixtumve genus minime exclusum esse posse. Nihilominus tamen recte Montecatini vestigia secutus est. Verba enim in omnibus et codicibus et versionibus et editionibus praemissa l. 33—35 περὶ ἑκάστου δὲ τούτων καθόλου μὲν εἴρηται καὶ νῦν, τὸ δὲ κατὰ μέρος ἀκριβολογεῖσθαι χρήσιμον μὲν πρὸς τὰς ἐργασίας, φορτικὸν δὲ τὸ ἐνδιατρίβειν clausulam sine dubio efficiunt eorum, quae ipse de singulis partibus χρηματιστικῆς non in ratione (τὰ πρὸς τὴν γνῶσιν l. 9), sed in usu (τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν l. 10) versantibus Aristoteles voluit in medium proferre, ergo post ea iam non nova amplius de eis addenda erant, ut fit in enuntiato illo sequente εἰσὶ δὲ τεχνικώταται κ. τ. λ. Sed sic quidem ipsa re hoc quoque loco vera transponendi ratio indicatur neque omnis difficultas solum tollitur, si horum duorum enuntiatorum id quod antecedit sequi iubemus: εἰσὶ δὲ . . . ἀρετῆς. περὶ ἑκάστου δὲ τούτων . . . ἐνδιατρίβειν, verum etiam quae clausula illa continetur sententia proximis verbis ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τούτων κ. τ. λ. l. 37 sqq. sic optime continuatur. Sed de harum artium unaquaque, Aristoteles inquit, in universum quidem quae hoc loco dixi mihi quoque dicenda erant, singula vero accuratius persequi ut magni momenti ad vitae usum sic non tamen est elegantioris doctrinae mihi quidem tractandae: immo cum de eis peculiares libri extent, ad hos ablegandi sunt, quibus cordi est accuratior talium rerum notitia, atque insuper quae singulariter a nonnullis excogitata huius generis artificia narrantur, eis in unum colligenda sunt.

Eiusmodi machinarum rei familiaris augendae causa compositarum duo deinde exempla philosophus affert, Thaletis in conducendis oleariis aut prelis aut opificibus et cuiusdam Syra-

cusani. Aut prelis aut opificibus dixi, quia dissentiunt de hac re inter se codices, in quibus 1259a, 13 *ἐλαιουργίων* aut *ἐλαιουργιῶν* legitur, et vetus interpres, qui *ἐλαιουργῶν* vertit („olivarum cultoribus"), neque sane haec altera lectio sensu est destituta ut quae homines indicet in prelis occupatos. Priorem autem qui sequi maluerint recentiores cur *ἐλαιουργίων*, non *ἐλαιουργιῶν* scripserint, ingenue fateor me nescire. Utut tamen haec res se habet, certe restituenda est l. 28 pro *τοῦτο μὲν*, quod unus praebet S^b, codicum ceterorum omnium lectio *τοῦτον μὲν*, cum particulae *μὲν* aperte respondeat *μέντοι* l. 31, ut sensus hic sit: hunc quidem Syracusis expulit Dionysius, tamen nihil aliud is fecerat nisi quod ante eum etsi alia quadam ratione Thales. Et, si quid video, huic alteri membro *τὸ μέντοι ὅραμα κ. τ. λ.* denuo oppositum est tertium l. 33 sqq. *χρήσιμον δὲ γνωρίζειν κ. τ. λ.*, quo quodammodo in integrum restituatur Dionysi ius in altero ei quodammodo negatum, quippe qui omnia monopolia cunctae civitati eiusque rectoribus voluerit reservare. Ceterum in verbis *τὸ μέντοι ὅραμα Θάλεω καὶ τοῦτο* non sine causa haerebant Camerarius et Coraes, quorum ille *εὕρημα*, hic *θεώρημα* emendabat. Namque reapse *ὅραμα* inventum aut lucri faciendi studium significare vix potest. Sed verum servasse hoc quoque loco videtur Guilelmi versio „quod visum fuerit Thali et huic", id est *τὸ μέντοι ὅραμα Θάλῃ καὶ τούτῳ*. Similiter Germanice etsi non plane eadem ratione dixeris „indessen der leitende Gesichtspunkt war bei diesem (Syrakusier) nur ganz derselbe wie bei Thales." Sic igitur totus locus scribendus et interpungendus videtur: *τοῦτον μὲν οὖν ὁ Διονύσιος αἰσθόμενος τὰ μὲν χρήματα ἐκέλευσεν ἐκκομίσασθαι, μὴ μέντοι γ' ἔτι μένειν ἐν Συρακούσαις, ὡς πόρους εὑρίσκοντα τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν ἀσυμφόρους· τὸ μέντοι ὅραμα Θάλῃ καὶ τούτῳ ταὐτόν ἐστιν, ἀμφότεροι γὰρ ἑαυτοῖς ἐτέχνασαν γενέσθαι μονοπωλίαν· χρήσιμον δὲ γνωρίζειν ταῦτα καὶ τοῖς πολιτικοῖς, πολλαῖς γὰρ πόλεσι δεῖ χρηματισμοῦ καὶ τοιούτων πόρων ὥσπερ οἰκίᾳ* (*οἰκίαις* Guil.), *μᾶλλον δέ* „Diesem nun erlaubte Dionysios, als er die Sache erfuhr, zwar das gewonnene Geld mitzunehmen, verbot ihm aber den längeren Aufenthalt in Syrakusae, weil er auf Einnahmequellen verfalle, die sich mit seinen eigenen Interessen nicht vertrügen; indessen war die Speculation bei Thales und bei diesem nur ganz die nämliche, beide Männer verschafften sich nämlich durch einen Kunstgriff einen Alleinverkauf; allerdings aber ist dies Verfahren zu kennen auch für die Staatsleiter von Nutzen, denn vielen Staaten thut es eben so Noth Geld herbeizuschaffen und solche Einnahmequellen zu benutzen wie einem (vielen?) Hauswesen und in noch höherem Maasse."

In capite tertio decimo recte Thurotus[17]) vidit, in verbis *διὸ τὸν μὲν ἄρχοντα τελέαν ἔχειν δεῖ τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν . . . τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς* 1260a, 17—20 pro *ἠθικὴν* esse *διανοητικὴν* restituendum totumque enuntiatum ante *ὁμοίως* l. 14 traiciendum, sed quod in verbis sequentibus *ὥστε φανερὸν ὅτι ἐστὶν ἠθικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρός κ. τ. λ.* l. 20 sqq. iubet deleri *ἠθική*, veram emendandi viam praetergressus est. Non enim virtutem esse omnium, quos attulit Aristoteles, servi, pueri, mulieris, viri, ex eius argumentatione sequitur, sed non eandem esse

17) L. l. p. 16 sqq. Idem nescio an non minus recte cum Ramo 1260a, 8 *πλείω τὰ* scripserit, quo facto *γὰρ* l. 9 non in *δὲ* mutandum est, ut opinatus sum in Mus. Rhen. XX. p. 509. n. 2.

omnium, verum suam cuiusque ac diversam. Ut igitur codicum lectio sic etiam Thuroti correctio ita tantum esset ferenda, si in altero membro non *καὶ οὐχ* sed *ἀλλ' οὐχ* legeretur, nunc cum in priore membro non nisi idem universe dictum esse possit, quod in altero speciatim perscribitur, pro *ἠθικὴ* legendum videtur *ἰδίᾳ ἡ*.

Deinde miror in verbis *ὁ μὲν γὰρ δοῦλος κοινωνὸς ζωῆς, ὁ δὲ* (sc. *τεχνίτης*) *πορρώτερον, καὶ τοσοῦτον ἐπιβάλλει ἀρετῆς ὅσονπερ καὶ δουλείας* l. 39—41 desideratum quidem a compluribus post *τοσοῦτον* esse *αὐτῷ* vel *αὑτῷ* quod etsi additum malis tamen necessitate aliqua ex *ὁ δὲ* efficere queas, sed, quo nulla ratione carere possumus, *δούλου* vel *δουλικῆς* ante *ἐπιβάλλει* aut post hoc verbum a nemine adhuc esse requisitum [18]). Quis enim est loci sensus nisi hic: eius quae servi propria est virtutis opifex tantum modo particeps est quantum ipsius servitutis? Scribendum igitur est sic fere: *καὶ τοσοῦτον* < *δουλικῆς* > s. < *δουλικῆς αὐτῷ* > *ἐπιβάλλει ἀρετῆς κ. τ. λ.*

Denique frustra laboravit Schneiderus in divinando, quid in verbis 1260[b], 19 sq. *οἱ κοινωνοί γίνονται τῆς πολιτείας* pro *οἱ κοινωνοί* legerit vetus interpres Guilelmus, cum vertat „dispensatores.“ Nam neque *διοικηταί* neque *ταμίαι* in textu habuit, sed, in quod et Buechelerus et ego uno animo incidimus, *οἰκονόμοι*, nec dubito, quin ita revera scripserit Aristoteles, cf. III, 18. 1288[a], 32 sqq. *τὰς ὀρθὰς πολιτείας, τούτων δ' ἀναγκαῖον ἀρίστην εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν ἀρίστων οἰκονομουμένην* et V, 8. 1308[b], 31 sqq. *μέγιστον δὲ ἐν πάσῃ πολιτείᾳ τὸ καὶ τοῖς νόμοις καὶ τῇ ἄλλῃ οἰκονομίᾳ οὕτω τετάχθαι*, praesertim cum admodum placeat omissus articulus.

In initio libri secundi *ἐπεὶ δὲ προαιρούμεθα κ. τ. λ.* 1260[b], 27, ni fallor, pro *δὲ* legendum est *γάρ*. Nam nihil aliud continet totum hoc enuntiatum nisi causam, qua impulsus, antequam suam ipsius de optima rei publicae forma sententiam proferret, accurate excuteret quaecunque alii de eadem philosophati sunt (*καὶ πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν ἀποφηναμένων περὶ τῆς πολιτείας τῆς ἀρίστης* l. 23 sqq.), praeterquam quod eodem examine subigendas etiam eas civitates esse pronuntiat, quarum formae optime audiant.

Plura sunt turbata in secundo eiusdem libri capite. Et primum quidem recte Thurotus [19]) animadvertit, non posse alium esse sensum verborum 1261[a], 12—14 *ἔτι δὲ πρὸς τὸ τέλος ὅ φησι τῇ πόλει δεῖν ὑπάρχειν, ὡς μὲν εἴρηται νῦν, ἀδύνατον, πῶς δὲ δεῖ διελεῖν, οὐδὲν διώρισται* nisi ipsum finem, qualem civitati tribuerit Socrates Platonicus, cum vera ratione non congruere. At quam constructionem proponit vir ingeniosus, ut hanc sententiam e traditis verbis eliciat, *πρὸς* praepositione contendens idem hoc loco significari ac Latina formula „quod attinet ad“ et *ὡς εἴρηται* substantivi subiectique vice fungi, ea nimis videtur quaesita et contorta. Quamobrem delendam potius esse puto praepositionem illam.

Contra ea non coniectura incerta opus est, ut verus verborum proxime insequentium *λέγω δὲ τὸ μίαν εἶναι τὴν πόλιν πᾶσαν ὡς ἄριστον ὂν* [20]) *ὅτι μάλιστα* (l. 14 sq.) sensus resti-

---

18) Obiter moneo, me non intellegere, cur Bekkerus quoque l. 32 vulgatam *τὸν τέλειον* omnium librorum et Guilelmi lectioni *τὸ τέλος* praetulerit, cum prorsus eodem redeat utriusque sententia.

19) L. l. p. 19 sq.

20) *ὂν* add. cum Guilelmo Mediol. P[1. 4], etsi P[4] teste Goettlingio in margine tantum.

tuatur. Guilelmus enim Moerbecensis *πᾶσαν* vocem post *μάλιστα* demum legit, quam praeterea codex Mediolanensis, qui eiusdem cum illius exemplari familiae est, prorsus omisit et P[4] in margine delendam esse significat, ut vestigia quaedam veri etiam in his libris remanserint. Guilelmum igitur secuti, non esse Platonis iudicio quam optimum toti civitati ut una sit, sed optimum sive finem esse civitati ut tota quam maxime una sit, quae vera est Platonis sententia, edocemur.

In huius autem sententiae refutatione quae leguntur l. 24—30 *ἕτερον γὰρ συμμαχία καὶ πόλις· τὸ μὲν γὰρ τῷ ποσῷ χρήσιμον, κἂν ᾖ τὸ αὐτὸ τῷ εἴδει (βοηθείας γὰρ χάριν ἡ συμμαχία πέφυκεν), ὥσπερ ἂν εἰ σταθμὸς πλεῖον ἑλκύσει*[21])*· διοίσει δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ πόλις ἔθνους, ὅταν μὴ κατὰ κώμας ὦσι κεχωρισμένοι τὸ πλῆθος, ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες· ἐξ ὧν δὲ δεῖ ἓν γενέσθαι, εἴδει διαφέρει* iam Conringio erant suspecta. Qui etsi nimis pressit verba scriptoris, hoc tamen recte vidit, non idem esse gentis et civitatis ac foederis et civitatis discrimen, cum potius gens non minus quam civitas e specie diversis composita sit, neque gentem, quatenus gens est, ut foedus utilem esse *τῷ ποσῷ*. Addere potuit, scribendum saltem fuisse non *καὶ πόλις ἔθνους* sed *πόλις καὶ ἔθνους* (l. 27 sq.), si dicturus erat Aristoteles, eadem ratione qua foedus etiam gentem a civitate differre. Praeterea, id quod gravissimum est, membro *τὸ μὲν γὰρ τῷ ποσῷ χρήσιμον . . . ἑλκύσει* respondet alterum ei oppositum, quod commate tantum ab eo separandum est, *ἐξ ὧν δὲ δεῖ ἓν γενέσθαι, εἴδει διαφέρει*, in quo rectius fortasse, ut coniecit Buechelerus, scribetur *εἴδει δεῖ διαφέρειν*: qui sententiarum nexus plane turbatur interposita illa parenthesi *διοίσει δὲ . . . Ἀρκάδες*. Neque deest ei magis idoneus locus in capite primo post verba *ἡ γὰρ πολιτεία κοινωνία τις ἐστι, καὶ πρῶτον ἀνάγκη τοῦ τόπου κοινωνεῖν, ὁ μὲν γὰρ τόπος εἷς ὁ τῆς μιᾶς πόλεως, οἱ δὲ πολῖται κοινωνοὶ τῆς μιᾶς πόλεως* 1260[b], 40 — 1261[a], 1. Non enim est, inquit Aristoteles, civitas sine loci communione eaque ipsa re gens differet a civitate, quod civitatis socii non sine urbe per vicos dispersi sunt, sed ita habitant ut Arcades post conditam Megalopolin. In gente enim ita sparsim habitante, ut Conringi verba mea faciam, nulla est communio, in civitate autem perfecta societas.

Iam transit in capite tertio philosophus ad id demonstrandum, quod antea priore loco posuerat, *δι' ἣν αἰτίαν φησὶ δεῖν νενομοθετῆσθαι τὸν τρόπον τοῦτον ὁ Σωκράτης, οὐ φαίνεται συμβαῖνον ἐκ τῶν λόγων*, 1261[a], 11 sq., si iam maxima unitas finis sit civitatis, tamen liberorum mulierumque communione Platoni proposita non posse eam parari. Et primum quidem ostendit, si cuncti aliquid suum esse dicant, quorum pro se quisque nequeat hac significatione uti, nequaquam hoc esse unitatis unanimitatisque documentum, immo quod cunctorum tantum hac ratione sit, singulis minus esse curae solere, 1261[b], 16 — 1262[a], 1. Secuntur verba *ἔτι οὕτως ἕκαστος ἐμὸς λέγει τὸν εὖ πράττοντα τῶν πολιτῶν ἢ κακῶς, ὁπόστος τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν ὤν κ. τ. λ.* 1262[a], 1 sqq., quibus novum contra Platonem argumentum affertur, si recte se habet lectio *ἔτι*. At quomodo novo argumento esse potest, quod studium erga eos, quos nostros appellamus, eadem ratione diminuitur nosque rebus laetis tristibusve, quae eis obtingunt, eadem ratione minus simul laetamur simulve sollicitamur, quo maior est eorum hominum numerus,

21) Ita scribendum est cum Guilelmo et P[1]. Ceteri *ἑλκύσῃ*.

et quod in civitate Platonica degentes omnes cives nostros habemus aut parentes aut fratres aut filios et id quidem eo tantum sensu, quo cuncti, non singuli aliquid suum sibi vindicant? Nonne potius causa his verbis continetur, qua id ipsum fit, ut ad communia negligenda magis propensi sint homines itaque in civitate Platonica minime suos curaturi sint? Si autem causa huius rei eis continetur, pro ἔτι cum Buechelero scribendum esse ἐπεὶ satis apparet.

Nonnullis aliis argumentis interpositis 1262 ^{a}, 14—40, in capite quarto denuo ad primum illud et gravissimum ita redit Aristoteles, ut auxiliis tantum subsidiisque eum his usum esse pateat illoque quodammodo quasi rei cardine ea omnia una comprehendi, ὅλως δὲ συμβαίνειν ἀνάγκη . . . πολιτευομένοις 1262 ^{b}, 3—24[22]). Nihilominus tamen illud ipsum simul acuit, non modo non, id quod solum antea erat demonstratum, concordiam, sed vel maximam discordiam inter cives mulierum liberorumque communione paratum iri ostendens: Quae cum ita sint, verba quae hanc argumentationem antecedunt ἔοικε δὲ μᾶλλον τοῖς γεωργοῖς εἶναι χρήσιμον τὸ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ἢ τοῖς φύλαξιν· ἧττον γὰρ ἔσται φιλία κοινῶν ὄντων τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν, δεῖ δὲ τοιούτους εἶναι τοὺς ἀρχομένους πρὸς τὸ πειθαρχεῖν καὶ μὴ νεωτερίζειν, 1262 ^{a}, 40 — ^{b}, 3, quippe quibus declaretur, hanc communionem utpote discordiae matrem utiliorem fore, si agricolis esset et opificibus, ut discordia debilitati magis pareant civibus proprio nomine appellandis, δὲ particula in δὴ mutata sequi potius necesse est, praesertim cum enuntiatum ὅλως δὲ κ. τ. λ. ea tantum in unum quasi complectatur, quae civibus optimi iuris ex illa communione provenient, non quae de plebe hominibus provenirent, si apud hos eam instituere maluisset Plato. Partem veri iam vidit Thurotus[23]), quem non refutavit Boeckerus[24]), quod tamen verba illa ἔοικε δὲ μᾶλλον . . . νεωτερίζειν in caput quintum post κοινωνίαν 1264 ^{a}, 40 releganda esse putat, vix quisquam huic sententiae accedet.

Ab uxorum liberorumque ad bonorum communionem in isto capite quinto se convertit Aristoteles, quem 1263 ^{a}, 20 in verbis προσκρούομεν, οἷς πλεῖστα προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας non προσχρώμεθα, sed χρώμεθα scripsisse facile credemus Buechelero. Sed graviore corruptela affectus est locus 1263 ^{a}, 35—37 οἷον καὶ ἐν Λακεδαίμονι τοῖς τε δούλοις χρῶνται τοῖς ἀλλήλων ὡς εἰπεῖν (ὡς recte addit Giphanius) ἰδίοις, ἔτι δ' ἵπποις καὶ κυσὶν κἂν δεηθῶσιν ἐφοδίων ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν, in quo vir optimus Ernestus de Leutsch[25]) neque deesse posse ratus rerum ab aliis possessarum mentionem, quibus uti liceat, si ruri alimentis careant, et Plutarchum Inst. Lac. p. 238 E. sq. (252 Hutt.) ante oculos habuisse hunc Aristotelis locum, cum scripsit: τοῖς τῶν πλησίων οἰκέταις ὡς ἰδίοις χρῆσθαι ἔθος ἦν, εἴ που δέοιντο, καὶ κυσὶ καὶ ἵπποις, εἰ μὴ οἱ δεσπόται χρῄζοιεν· καὶ ἐν ἀγρῷ δὲ εἴ τις τινὸς ἐλλιπὴς γενόμενος δεηθείη, ἀνοίξας καὶ βαστάσας τὰ ἐπιτήδεια τοῦ ἔχοντος, τὰ ταμιεῖα σημηνάμενος κατέλειπεν, denique in auxilium vocatis libri a personato Xenophonte de rep. Lac. scripti his verbis (6, 3 sq.) ἐποίησε δὲ καὶ οἰκέταις, εἴ τις δεηθείη, χρῆσθαι καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις·

---

22) Paulo post l. 25 pro γινόμενα nonne scribendum est γενόμενα? Goettlingius coniecit γεννώμενα.

23) L. l p. 26 sq., ubi verissime: „Il est singulier qu'Aristote suppose ici ce qu'il n'a pas encore démontré et qu'il va démontrer, à savoir que la communauté relâche le lien des affections de famille."

24) De quibusdam Politicorum Aristoteliorum locis. Gryph. 1867. p. 4.

25) In Philologo XV. p. 434.

καὶ κυνῶν δὲ θηρευτικῶν συνῆψε κοινωνίαν, ὥστε οἱ μὲν δεόμενοι παρακαλοῦσιν ἐπὶ θήραν, ὁ δὲ μὴ αὐτὸς σχολάζων ἡδέως ἐκπέμπει· καὶ ἵπποις δὲ ὡσαύτως χρῶνται, ὁ γὰρ ἀσθενήσας ἢ δεηθεὶς ὀχήματος ἢ ταχύ ποι βουληθεὶς ἀφικέσθαι, ἥν που ἴδῃ ἵππον ὄντα, λαβὼν καὶ χρησάμενος καλῶς ἀποκαθίστησιν· οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰθισμένον ἐποίησεν ἐπιτηδεύεσθαι· ὅπου γὰρ ἂν ὑπὸ θήρας ὀψισθέντες δεηθῶσι τῶν ἐπιτηδείων, ἢν μὴ συνεσκευασμένοι τύχωσι, καὶ ἐνταῦθα ἔθηκε τοὺς μὲν πεπαμένους καταλείπειν τὰ πεποιημένα, τοὺς δὲ δεομένους ἀνοίξαντας τὰ σήμαντρα, λαβόντας ὅσων ἂν δέωνται σημηναμένους καταλιπεῖν, post *ἐφοδίων* inserendum esse consuit *ταμείοις* vel *ταμειός*. At Plutarchum ex hoc Aristotelis loco sua hausisse non adducor ut credam, neque enim tanta est verborum similitudo neque alibi Plutarchus ipse videtur Aristotelis libros praeter problemata inspexisse[26]), si vero alius est institorum Laconicorum, qui sub eius nomine latet, scriptor[27]), tamen recordari oportet quam pauca omnino sint lectorum Aristotelis politicorum per totam antiquitatem vestigia, id quod docuit Spengelius[28]). Praeterea a molesta abundantia *ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν*, quae non sine causa offendit Onckenium[29]), hoc emendandi conatu locus non liberatur. Quam autem viam ad hanc maculam eluendam ingressus est iste vir doctus *ἐν* praepositione omissa, eam ne ipse quidem, ut videtur, sine quadam haesitatione est persecutus, cum diceret, posse pro *ταμιείοις* s. horreis illis ipsos agros poni, e quibus horrea explerentur et suppeditarentur, sed omnino fortasse Lacedaemoniis licuisse in itinere, non in sola venatione civium suorum agris quadamtenus quasi suis uti. Invitus igitur ipse quodammodo confessus est, nimis universe dictum fore *ἀγροῖς*, si quidem non de agris, sed de fructibus agrorum neque de eis solis, sed etiam de aliis alimentis in tali re sermonem esse necesse est. Accedit ut, quod deesse non posse videtur Leutschio Onckenioque, hoc profecto minime desit, si quidem illud *κἂν δεηθῶσιν ἐφοδίων* pro *καὶ ὅσων* (s. *ὧν*) *ἂν δεηθῶσιν ἐφοδίων* positum obiectum, quo uti licitum est, repraesentat, quem loquendi usum exemplis illustrare supervacaneum est. Nos quoque ita dicimus „und wenn sie etwa der Zehrung bedürfen" pro „und was sie etwa an Zehrung bedürfen". Quamobrem Buecheleri potius egregiam coniecturam *θήραν* pro *χώραν* amplecti non dubitaverim.

Obiter moneo me nescire cur recentiores 1263ᵇ, 6 lectionem a Guilelmo et pr. P1 oblatam *ἑτέροις*, quae merito placuit Sepulvedae et Montecatino, respuerint, cum mihi certe *φίλοις* etiam *ἑταῖροι* comprehendi videantur, neque minus recte in utroque fonte omissam esse *οὐ* negationem ante *συμβαίνει* ibidem l. 7, id quod Victorio quoque atque Schneidero visum est. Quamquam enim Schneiderum minime sequor negatione recepta pro *τε δὴ* adversativam particulam *δὲ* postulari contendentem, tamen *οἱ λίαν ἓν ποιοῦντες τὴν πολιτείαν* vix esse possunt civitatis Platonicae socii, sed ipse tantum Plato, eius conditor, cui obicitur idem illud *λίαν ἑνοῦν ζητεῖν* 1261ᵇ, 10 sq., in quem tamen hoc *οὐ συμβαίνει* non quadrare luce profecto clarius est.

---

26) Cf. quae scripsit Heitzius Die verlorenen Schriften des Aristoteles, Lips. 1865. p. 128 sq.

27) Qua de re cf. Trieberi Quaestt. Lac. P. I. De Nicolai Damasceni Laconicis, Berol. 1867. p. 48.

28) Ueber die Politik des Aristoteles, in commentt. phil. acad. Monac. V. p. 44. n. 33. Aristotelische Studien II., Monach. 1865. p. 45 sq. p. 57. n. 4. p. 73. n. 1. (in eisdem comm. X. p. 637 sq. 649. 665).

29) Emendationum in Aristotelis Ethica Nicomachea et Politica spec. I., Heidelb. 1861. p. 26—28.

Neque dubito, cum 1264ª, 10 Guilelmus habeat „municipes", quin πολίτας revera ab Aristotele scriptum, φύλακας ex interpretatione marginali ortum sit. Sed quid de verbis paulo prioribus μὴ μερίζων αὐτὰ καὶ χωρίζων (l. 7) sentiam, ipse nescio. Nam minoris quidem momenti est, quod, utrum in codicibus quoque P²·³· αὐτὰ an in his αὐτῶν invenerit Hilarius, e notis eius non satis apparet, sed ne sine ulla dubitatione αὐτοὺς scribamus, quod conjecit Boeckerus[30]) praestatque haud dubie emendationi αὐτὴν in Guilelmi versione qualis legitur apud Thomam Aquinatem obvia („ipsam partiens"), impedit monstrum illud versionis, quod in editione Guilelmi a se collata invenit Schneiderus: „partiens tempora". Aliud quid igitur sub αὐτὰ latere manifestum videtur, sed quid ipse legerit bonus monachus, ne Oedipum quidem puto assecuturum esse, nisi fortasse ipsa eius verba corrupta sunt et codices eius interpretationis manuscripti meliora praebent. Possis enim hariolari, pro „tempora" ab eo scriptum esse „eodem tempore", ut pro αὐτὰ legerit ἅμα vel ἐν τῷ αὐτῷ. Neque minus res incerta est de verbis ὅπερ καὶ νῦν οἱ Λακεδαιμόνιοι ποιεῖν ἐπιχειροῦσιν (l. 10 sq.), in quibus νῦν male de tempore intellegunt, quo factum est, ut Victorius novum non vetus institutum civitatis Laconicae hoc μὴ γεωργεῖν τοὺς πολίτας fuisse Aristotelem affirmare crederet, Schneiderus contra ea, Giphanium secutus, diceret, a philosopho etiam sui temporis Lacedaemoniis retinendi illius instituti studium tribui, sed studium tantum (ἐπιχειροῦσιν), iam enim eos coepisse a vetere more desciscere, sed si hoc Aristoteles voluisset, dicendum ei fuit non καὶ νῦν verum ἔτι καὶ νῦν. Quae cum ita sint, alia explicandi ratio probanda neque nimis longe ea quaerenda est. Νῦν enim saepissime id significat quod revera extat: itaque καὶ νῦν est nostrum „auch wirklich" sive „auch in der Wirklichkeit." Sed quid sibi velit illud ποιεῖν ἐπιχειροῦσιν, pro quo exspectas ποιοῦσιν, de hac re me quoque in altis tenebris versari ingenue fateor, et paene adducor ad suspicandum, haec quoque verba non esse sana, sive exciderint fere haec ποιοῦσι καὶ ἄλλοι τινὲς ante ποιεῖν sive aliud mendum insit.

Ab his desperatis locis libenter ad alium me verto 1264ᵇ, 17—19 ἀδύνατον δὲ εὐδαιμονεῖν ὅλην μὴ τῶν πλείστων ἢ μὴ πάντων μερῶν ἢ τινῶν ἐχόντων τὴν εὐδαιμονίαν, cui veram medelam invenire haud ita difficile mihi videtur. Non enim Bojeseni[31]), qui recte vidit sola Victori emendatione εἰ μὴ loci integritatem nondum esse restitutam, nimis violenta mutatione μὴ πάντων ἢ μὴ τῶν πλείστων μερῶν [ἢ τινῶν] egemus, sed sufficit recepta Victori correctura verbis εἰ μὴ πάντων post τινῶν sedem tribuere: τινὰ μέρη sunt gravissimae partes.

In capite sexto, in quo de Platonis legum libris agit, senatus eligendi rationem Platoni probatam his verbis describit Aristoteles 1266ª, 14—18: ὀλιγαρχικὴν ποιεῖ δὲ καὶ τὴν τῆς βουλῆς αἵρεσιν· αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος, εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου, εἶτ' ἐκ τῶν τρίτων· πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων ἢ τετάρτων, ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου τῶν τετάρτων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς δευτέροις, de quibus emendandis optime nuper meritus est Goettlingius[32]), priores suas, quas in editionis

30) L. l. p. 5 n. 5.
31) L. l. p. 21 sq.
32) Commentariol. de Aristotelis politicorum loco II, 3. Jen. 1855. 4.

suae textum receperat, coniecturas recte reprobans. Vix enim dubium est, quin verborum corruptorum τρίτων ἢ τετάρτων vera sit, quam nunc invenit, emendatio τριῶν τιμημάτων, quamquam ne sic quidem certum est, utrum sequens quoque τῶν τετάρτων, ut ille vult, in τῶν τιμημάτων an potius, ut a compluribus antea factum est, in τῶν τεττάρων mutandum an, id quod mihi quidem vero proximum esse videtur, omnino secludendum sit utpote dittographia ortum e verbis illis antecedentibus iam antea ad hunc modum corruptis ἢ τετάρτων. Neque minus probo, quod suspicatus est vir egregius, sub imperfecto ἦν, quod legitur post πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες, delitescere ἢ particulam, sed non item, quod πλὴν ἢ hoc quoque loco ut aliis pro nudo πλὴν positum esse contendit, quoniam, ut de verborum collocatione taceam, non partem eorum, qui primae, secundae, tertiae classis, sed omnes qui quartae cives sunt, ab eligendi officio, si ita malunt, liberare voluit Plato. Ergo conectitur potius sola πλὴν coniunctione hoc enuntiatum cum antecedente et ἢ pendet e verbis οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες, unde sequitur, ut non ἢ sed ἀλλ' ἢ exspectemus, cum, id quod dixi, non omnes cives, sed eos tantum, qui trium classium locupletiorum sunt, poenae metu obstrinxerit Plato, ut ius creandi revera exerceant. Ne tamen nimis audax haec coniectura videatur, iam antea post αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες legitur ἐπάναγκες ἀλλ', ubi ἐπάναγκες iam Schlossero suspectum erat, cuius sententia etiam Schneidero non prorsus displicuit, nec potest negari, secum ipsum pugnare qui, postquam omnibus civibus eligendi necessitatem impositam esse dixerit, ita tamen, ut e tribus tantum classibus superioribus omnes cogantur aequalem candidatorum numerum eligere, statim addat, exceptum tamen esse e tertia classe designandorum delectum, in quo quartae civibus nulla sit obligatio; praeterea autem etiam ἀλλ', vel retento vel spreto ἐπάναγκες vocabulo, nequaquam ibi esse ferendum videtur. Quamquam enim, ut oligarchicam esse hanc senatus creandi rationem demonstraret, optime dicere potuit Aristoteles, ab omnibus quidem eligi, verum non ex omnibus promiscue, sed parem e quaque classe numerum, tamen si hoc voluit, quae secuntur adnectenda erant non πλὴν particula, quae diminutionem, sed alia quadam, quae auctum significat, quod enim poena non tenentur in eligendis tertiae classis candidatis tertii, in quartae tertii quartique ordinis cives, si iure suffragi non utuntur, haud dubie rationem illam oligarchicam maxime auget. Si igitur e priore loco in posteriorem quoque ἀλλ' inseramus, in illo autem ambo verba ἐπάναγκες ἀλλ' exstinguamus, omnia plana fiunt, qualem emendandi rationem in veteribus scriptoribus ab arte critica minime abhorrere, iam alii observarunt[33]), ut id unum mihi scrupuli aliquid iniciat, quod πλὴν eodem modo ac δέ, ἀλλά, μέντοι, καίτοι particulae μὲν oppositum me alibi legere non memini. Ceterum Muretus[34]) quoque prius illud ἀλλ' delendum esse censuit, in cuius locum substituere voluit signum numerale ζ', ut ἴσους in secundo membro positum habeat, ad quod in primo referatur, at nihil confert ad oligarchicam huius delectus naturam, quantus sit e quaque classe designandorum par ille numerus, quamobrem data opera Aristoteles hoc

33) Cf. Vahlen Zur Kritik Aristotelischer Schriften, Vindob. 1861. p. 22 (in Comm. acad. Vindob. phil. XXXVIII. p. 78).
34) Var. lect. XV, 12.

praetermisisse putandus neque Nickesius[85]) audiendus est, cui ἴσως pro ἴσους scribendum esse videtur: immo cum sic ἴσως cogitando addendum esset etiam in tertio membro εἶτ' ἐκ τῶν τρίτων, huius membri particula tantum fierent verba πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες <ἀλλ'> ἢ τοῖς ἐκ τῶν τριῶν τιμημάτων totique sententiae tripartitae αἱροῦνται μὲν γὰρ . . . τῶν τριῶν τιμημάτων opposita esset altera ἐκ δὲ τετάρτου . . . δευτέροις, ut δέ, quo haec adnectitur, non πλὴν illud particulae μὲν responderet, ac si libertas tantum in quartae classis candidatis creandis tertiae quartaeque civibus concessa, non item eadem in delectu e tertia classe habendo quartanis condonata oligarchica esset. Fortasse tamen post πρώτου excidit πρῶτον, punctum autem, quo orationem incidunt editores ante πλήν, sine dubio in colon aut comma mutandum est. Iam totum locum Germanice sic fere reddas: „Oligarchisch ist aber auch die Wahl des Rathes eingerichtet. Alle Bürger nämlich wählen zwar zunächst aus der ersten und sodann aus der zweiten Schatzungsclasse die gleiche Zahl von Männern, dann ferner ebenso auch aus der dritten, allein hier sind zu der Wahl schon nicht mehr alle Bürger, sondern nur die der drei (ersten) Schatzungsclassen verpflichtet, und aus der vierten endlich gar liegt nur noch den Bürgern der ersten und zweiten die Verpflichtung zu wählen ob."

In recensendis Phaleae placitis, quae materiam disputandi Aristoteli praebent in capite septimo, cum de variis legum generibus sermo sit, quae rei familiaris augendae et diminuendae potestatem coerceant, vix horum generum unum οἱ νόμοι appellari potest, ut secundum traditam lectionem fit 1266ᵇ, 19, quamobrem recte mihi Buechelerus coniecisse videtur ἔνιοι. Totus autem locus l. 14—24 rectius ita interpungitur, cum ἀλλ' demum l. 24 oppositum sit particulis μὲν οὖν l. 14: διότι μὲν οὖν ἔχει τινὰ δύναμιν εἰς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν ἡ τῆς οὐσίας ὁμαλότης, καὶ τῶν πάλαι τινὲς φαίνονται διεγνωκότες, οἷον Σόλων ἐνομοθέτησεν καὶ παρ' ἄλλοις ἐστὶ νόμος ὃς κωλύει κτᾶσθαι γῆν ὅσην ἂν βούληταί τις, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν οὐσίαν πωλεῖν ἔνιοι κωλύουσιν, ὥσπερ ἐν Λοκροῖς νόμος ἐστὶ μὴ πωλεῖν, ἐὰν μὴ φανερὰν ἀτυχίαν δείξῃ συμβεβηκυῖαν, ἔτι δὲ τοὺς παλαιοὺς κλήρους διασώζειν (τοῦτο δὲ λυθὲν καὶ περὶ Λευκάδα... βαδίζειν)· ἀλλ' ἔστι κ. τ. λ.

Praeterea loci 1267ᵃ, 7 sq. ἀδικήσουσιν, οὐ τοίνυν διὰ ταύτην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἂν ἐπιθυμοῖεν emendationem praeeunte Schneidero, qui ἂν μὴ ἐπιθυμῶσιν scripsit, a Bojesenio et Rassovio inchoatam egregia coniectura ἄνευ ἐπιθυμιῶν[86]) perfecit Buechelerus pro consecutiva particula τοίνυν restituens, quam sensus requirit, adversativam μέντοι.

Sed quomodo emendandus sit locus in initio capitis octavi positus, quo Hippodami habitus externus describitur, 1267ᵇ, 25 sq. τριχῶν τε πλήθει καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ ἔτι δὲ ἐσθῆτος εὐτελοῦς μὲν ἀλεεινῆς δέ, vix certo explorari potest. Omittuntur quidem verba καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ apud Guilelmum et in continuis P¹ verbis (in margine enim adduntur), cumque et P¹ et Guilelmi versionis recensio Thomana eorum loco habeant καὶ κόμης, quod est apertum glossema ad τριχῶν πλήθει pertinens, ex eo ipso, postquam in textum irrepsit, facile potuit originem deducere correctura κόσμῳ, deinde etiam πολυτελεῖ attributo aucta, cui addendae εὐτελοῦς vocis dittographia ansam esse datam credibile est: sed num ἔτι δὲ tam paucis verbis

85) De Aristotelis politicorum libris, Bonn. 1851. p. 141 sq.
86) Qua de re cf. quae adnotavi in Jahn. ann. l. l. p. 330.

interiectis locum tenere possit καὶ particulae alterum membrum illi τριχῶν τε πλήϑει adnectentis, vehementer dubito. Si vero hoc fieri nequit, aut etiam τε delendum est aut sub ἔτι δὲ latet et καὶ et dativus, e quo pendeat genetivus ἐσϑῆτος εὐτελοῦς μὲν ἀλεεινῆς δέ, sed quinam ille sit aut qua alia ratione locus hic possit expediri, videant prudentiores [37]).

Denique in capitis noni, quo de Lacedaemoniorum republica disserit philosophus, verbis 1269^b, 7—12 ἔοικε δὲ καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, ἀλλὰ τό γε τῆς ἐπιμελείας ἐργῶδες εἶναι, τίνα δεῖ πρὸς αὐτοὺς ὁμιλῆσαι τρόπον· ἀνιέμενοί τε γὰρ ὑβρίζουσι καὶ τῶν ἴσων ἀξιοῦσιν ἑαυτοὺς τοῖς κυρίοις καὶ κακοπαϑοῦντες (sic P^1 in textu, cet. κακοπαϑῶς ζῶντες) ἐπιβουλεύουσι καὶ μισοῦσιν. δῆλον οὖν ὡς οὐκ ἐξευρίσκουσι τὸν βέλτιστον τρόπον, οἷς τοῦτο συμβαίνει περὶ τὴν εἱλωτείαν nexus sententiarum vix alius esse potest nisi hic: si nihil aliud, id tamen certum videtur, difficillimum esse recte tractare clientes, nam id genus hominum neque lenitatem neque asperitatem dominorum sufferre potest, certe quidem optimum eius tractandi modum non invenerunt, qui a clientibus experti sunt, quae Lacedaemonios expertos esse a helotis antea (1268^a, 34—39) docui. Quamobrem non οὖν sed γοῦν (an δ' οὖν?) vel invitis libris post δῆλον legendum est.

Ante verba autem 1270^a, 15 μετὰ γὰρ τὰ νῦν ῥηϑέντα, quibus iam Zwingerus offensus γὰρ in δὲ mutavit, id quod Schneiderus quoque non prorsus aspernatus est, lacuna potius statuenda videtur. Nam qua ratione mulierum pravitas aliquid conferat ad aviditatem pecuniae procreandam (συμβάλλεσϑαί τι πρὸς τὴν φιλοχρηματίαν l. 14 sq.), id quidem quin accuratius exponeret vix potuit Aristoteles omittere, sed talem rei explicationem non in proximis tantum verbis, sed in tota disputatioue frustra quaerimus.

Paulo post ubi vituperavit philosophus potestatem Spartanis a legumlatore permissam ut fundos totos aut partes eorum relinquant hereditate aut donent cui velint, in verbis sequentibus ἔστι δὲ τῶν γυναικῶν κ. τ. λ. 1270^a, 23 pro δέ, ni fallor, scribendum est δή. Non enim video, qui factum sit, ut Spartae plures essent mulieres in latifundiorum possessione quam alibi, nisi ipsa illa potestate civibus tributa.

Nec non desunt, ut recte vidit Buechelerus, ibidem l. 26 verba, quibus opponitur νῦν δέ.

Denique idem Buechelerus in verbis καί φασιν εἶναί ποτε τοῖς Σπαρτιάταις καὶ μυρίους (ib. l. 37), post quae Thurotus [38]) excidisse hoplitarum significationem et praeterea fortasse equitum numerum censet, faciliore coniectura restituit τοὺς Σπαρτιάτας. Ex hoc autem ipso loco efficitur antea l. 30 recte τρισχιλίους in marg. P^1 correctum esse pro τρισμυρίους, id quod probavit iam Goettlingius, idemque, si quid video, docent etiam quae contra Platonem disseruit philosophus c. 6. 1265^a, 13—17.

---

37) Verbo monuisse satis sit πλὴν et παρὰ 1269^a, 21 nihil nisi duplicem lectionem videri Buechelero, id quod ego nec nego nec, tametsi legitur in I^b (P^2) $\frac{\text{πλὴν}}{\text{παρὰ}}$, affirmo, corruptumque ab eo haberi ἐστὶ ibid. l. 24, me autem ipsum propensum esse ad credendum, post ὑπεναντίως ib. c. 9. l. 33 periisse ἢ μὴ ὑπεναντίως, et 1271^a, 20 sq. cum Gulielmus probante Schneidero post ἀλλὰ μὴν legerit εἰ καί, et sensum et verba restituenda esse in hanc fere modum: ἀλλὰ μὴν <εἰ καὶ> βέλτιον, <δεῖ> s. <βέλτιόν> γε μὴ κ. τ. λ.

38) L. l. p. 31 sq.

I) SCHOLAE THEOLOGORUM.

PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. I. GUIL. HANNE, p. p. o. dec.

I) Publice systema doctrinae christianae adumbrabit in usum commilitonum omnium Facult. dieb. Mart. et Iovis hor. V. — II) Privatim 1) encyclopaediam theolog. tradet dieb. Lun. et Merc. hor. V; 2) theoriam artis homileticae docebit praemissa cum theologiae practicae tum orationis sacrae brevi historia dieb. Lun., Mart., Merc., Iovis hor. XII.

Dr. C. A. T. VOGT, p. p. o.

I) Publice seminari theologici exercitationes dogmaticas moderabitur die Martis hor. VI et progymnasmata homiletica diriget die Merc. hor. III et IV. — II) Privatim dogmatices evangelicae partem I. docebit quinquies p. h. hor. XI.

Dr. C. WIESELER, p. p. o.

I) Publice seminari theologici exercitationes in Novo Testamento interpretando moderabitur die Iovis hor. VI. — II) Privatim 1) evangelia quae dicuntur synoptica usque ad historiam passionis Jesu Christi interpretabitur quater p. h. hor. X; 2) vitam Jesu Christi adumbrabit quater p. h. hor. XII.

Dr. O. ZOECKLER, p. p. o.

I) Publice seminari theologici exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderari perget die Lunae hor. VI. — II) Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem tertiam sive historiam ecclesiae temporum recentiorum inde a rerum sacrarum reformatione tradet sexies p. h. hor. VIII; 2) theologiam symbolicam exponet quinquies p. h. hor. IX.

Lic. E. VILMAR, p. p. o.

I) Publice seminari theologici exercitationes in explicando V. T. moderari perget die Veneris hor. VI. — II) Privatim 1) Jesaiae vaticinia interpretabitur quinquies p. h. hor. V; 2) Hebraeorum antiquitates tradet quater per hebd. hor. III.

II) SCHOLAE IURECONSULTORUM.

PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. C. T. O. FRANKLIN, p. p. o. dec.

I) Publice exercitationes seminari iuridici in iure Germanico versantes moderabitur die Sat. hor. IV et V. — II) Privatim 1) ius publicum Germanicum tradet quinquies p. h. hor. V; 2) ius privatum Germanicum cum iure feudali docebit quinquies p. h. hor. III et IV.

Dr. F. A. NIEMEYER, p p. o.

I) Publice examinatorium de iure institutionum habebit die Sat. hor. XI. — II) Privatim institutiones iuris Romani docebit quinquies p. h. hor. XI.

Dr. C. TH. PÜTTER, p. p. o.

I) Publice de iure matrimoni disputabit die Sat. hor. XI et XII. — II) Privatim 1) ius ecclesiasticum praemissa brevi eiusdem historia quinis p. h. lectionibus docebit hor. XI; 2) ius gentium, quod hodie inter liberas nationes obtinet, brevi praemissa iuris gentium historia quinquies p. h. hor. III; 3) encyclopaediam et methodologiam iurisprudentiae duce libro suo: „Inbegriff der Rechtswissenschaft“ tradet quinis p. h. lectionibus hor. XII.

Dr. E. I. BEKKER, p. p. o.

I) Publice exercitationes in seminario iuridico, quae ius Romanum spectant, moderari perget die Merc. hor. V et VI. — II) Privatim pandectas docebit quinquies p. h. hor. IX et X.

Dr. K. WIEDING, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminari iuridici processuales moderari perget die Lun. hor. IV et V. — II) Privatim 1) ius criminale quinquies p. h. hor. XI; 2) processum criminalem quater p. h. hor. XII. docebit.

Dr. C. F. W. I. HAEBERLIN, p. p. o.

I) Publice historiam foederis Germanici tradet semel per hebd. hor. defin. — II) Privatim historiam iuris et imperi Germanici docebit quinquies p. h. hor. XI.

Dr. H. WITTE, p. p. o.

I) Publice de ordine iudiciorum privatorum qualis apud Romanos fuerit, disseret die Merc. hor. XI. — II) Privatim historiam iuris Romani et institutiones docebit quater p. h. hor. X et XI.

III) SCHOLAE MEDICORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. H. C. A. PERNICE, p. p. o. dec.

I) Publice de morbis recens natorum disseret die Iovis hor. III. — II) Privatim 1) theo-

riam artis obstetriciae docebit dieb. Lunae, Martis, Mercuri hor. III; 2) Exercitationes clinicas et policlinicas obstetricias cum exercitationibus in phantomate conjunctas moderabitur quotidie hor. XII.

Dr. C. A. S. SCHULTZE, p. p. o

I) Publice anatomen encephali docebit die Iovis hor. X. — II) Privatim anatomiam et physiologiam systematis vasorum tradet dieb. Lunae, Martis, Mercuri hor. X.

Dr. H. A. BARDELEBEN, p. p. o.

I) Publice de akiurgia disseret die Lunae hor. VIII usque ad hor. IX cum dimidia. — II) Privatim 1) chirurgiam docebit dieb. Martis, Mercuri, Iovis, Veneris, Saturni hor. VIII usque ad hor. IX cum dimidia; 2) exercitationes clinicas chirurgicas et ophthalmiatricas moderabitur quotidie hor. X cum dimidia usque ad hor. XII.

Dr. IULIUS BUDGE, p. p. o. rector.

I) Publice anatomiam organorum sensus tradet die Saturni hor. XII. — II) Privatim 1) anatomiam corporis humani universam docebit quinquies per hebd. hor. VIII et IX; 2) exercitationes anatomico-practicas moderabitur quotidie hor. XI—I et II—IV.

Dr. F. GROHE, p. p. o.

I) Publice de tumoribus disseret dieb. Martis et Veneris hor. VI. — II) Privatim 1) pathologiam et therapiam generalem adiuncta anatomia pathologica generali cum demonstrationibus tradet dieb. Lunae, Martis, Mercuri, Iovis, Veneris hor. V; 2) cursum anatomiae et physiologiae pathologicae practicum instituet dieb. Martis, Mercuri, Iovis, Veneris hor. VIII.

Dr. F. LAURER, p. p o.

I) Publice artem formulas medicas praescribendi docebit dieb. Mercuri et Saturni hor. VIII; 2) repetitorium de pharmacologia speciali instituet dieb. Mercuri et Saturni hor. IX. — II) Privatim 1) toxicologiam tradet dieb. Lunae, Iovis, Veneris hor. IX; 2) pharmacologiam generalem exponet dieb. Martis et Veneris hor. VIII.

Dr. F. MOSLER, p. p. o.

I) Publice psychiatriam generalem tradet coniunctam cum demonstrationibus clinicis psychiatricis die Saturni hor. XII. — II) Privatim 1) pathologiae et therapiae partem alteram docebit dieb. Lunae, Martis, Mercuri, Iovis, Veneris hor. IV; 2) cursum de diagnostice physica instituet dieb. Lunae et Iovis hor. V; 3) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur quotidie hor. IX usque ad hor. X et dimid.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

Dr. C. F. EICHSTEDT, p. p. e.

I) Publice exercitationes obstetricias in phantomate instituet die Merc. hor. II. — II) Privatim de operationibus obstetriciis disseret dieb. Lun. et Iovis hor. II; 2) morbos cutaneos et syphiliticos tradet dieb. Martis, Veneris, Saturni hor. II.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. G. HAECKERMANN, priv. doc.

I) Publice de politia medica disseret dieb. Martis et Saturni hor. V. — II) Privatim medicinam forensem docebit dieb. Lunae, Mercuri, Veneris hor. V.

Dr. A. BENGELSDORFF, priv. doc.

Publice de nutrimentis eorumque usu diaetetico disseret dieb. Mercuri et Saturni hor. IX.

Dr. R. SCHIRMER, priv. doc.

Privatim 1) exercitationes ophthalmoscopicas moderabitur dieb. Iovis et Veneris hor. IV; 2) exercitationes in oculorum morbis dignoscendis instituet dieb. Mercuri et Saturni hor. III.

Dr. H. HERTZ, priv. doc.

I) Publice de parasitis hominis disseret die Lunae hor. III. — II) Privatim 1) morbos syphiliticos cum demonstrationibus practicis tradet dieb. Martis et Veneris hor. III; 2) cursum histologiae normalis instituet dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. IV.

Dr. L. LANDOIS, priv. doc.

I) Privatim anatomiam microscopicam cum demonstrationibus docebit dieb. Lunae, Martis, Mercuri hor. VI. — II) Privatissime repetitorium anatomiae hor. et dieb. defin. instituet.

Dr. P. KRABLER, priv. doc.

Ex itinere redux scholas suas indicabit.

Dr. I. KIRCHNER, priv. doc.

Publice 1) otiatricen cum addendis demonstrationibus tradet dieb. Martis et Mercuri hor. IV; 2) morbos cutis nec non venereos demonstrationibus illustrabit semel p. heb. hor. defin.

IV) SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. FRANC. BUECHELER, p. p. o. dec.

I) Publice in seminario philologico Properti elegias tractaturus more tralaticio cum sodalibus colloquetur diebus Martis et Veneris hora III. — II) Privatim 1) hymnos Homericos interpretabitur diebus Lunae et Iovis hora XI; 2) Plauti trinummum leget atque emendabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora IX.

Dr. G. F. SCHOEMANN, p. p. o.

I) Publice Thucydidis orationes selectas tractabit cum sodalibus seminarii philolo-

gici dieb. Merc. et Sat. hor. XI. — II) Privatim syntaxin linguae graecae exponet dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora X.

DR. I. A. GRUNERT, P. P. O.

I) Publice exercitationes seminari mathematici moderari perget die Merc. hor. X—XII. — II) Privatim 1) calculum differentialem eiusque applicationem ad geometriam diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. X; 2) staticen analyticam eisdem dieb. hor. XI docebit.

DR. F. L. HUENEFELD, P. P. O.

I) Publice examinatorium de rebus chemicis et mineralogicis habebit dieb. Lun. et Mart. hor. XII. — II) Privatim 1) oryctognosiam (mineralogiae partem primam) docebit diebus Mercuri et Iovis hor. XII; 2) de crystallisatione disseret die Veneris hor. XII; 3) mineralogiae et chemiae historiam enarrabit die Saturni hor. XII.

DR. E. BAUMSTARK, P. P. O.

I) Publice encyclopaediam et methodologiam scientiarum cameralium traditurus est die Martis horis IV—VI. — II) Privatim oeconomiae nationalis partem alteram docebit diebus Iovis et Veneris horis IV—VI.

DR. A. HOEFER, P. P. O.

I) Publice linguam sanscriticam docere perget bis p. h. hor. IV. — II) Privatim 1) antiquissima poemata aliaque specimina theodisca interpretabitur diebus Lunae, Mercurii, Iovis hor. XII; 2) capita selecta grammaticae comparatae tractabit, imprimis de formis declinationis latinis graecis germanicis disseret diebus Martis et Veneris hor. XII.

DR. A. H. A. I. MUENTER, P. P. O.

I) Publice de mammalibus disseret die Ven. hor. V et VI. — II) Privatim 1) zoologiam generalem et systematicam tradet diebus Mart., Merc., Iov. hor. V et VI; 2) pharmacognosiam zoologicam tractabit die Lun. hor. V et VI; 3) botanicen medicam docebit quater p. hebd. hor. def.

DR. F. C. O. L. B. DE FEILITZSCH, P. P. O.

I) Publice de meteorologia et de geographia physica disseret die Lunae hor. pm. VI—VIII. — II) Privatim physices experimentalis partem alteram docebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. XII.

DR. A. H. BAIER, P. P. O.

I) Publice de ratione, quae inter rempublicam et ecclesiam christianam intercedit, disseret die Saturni hor. XII. — II) Privatim 1) psychologiam docebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. IV; 2) philosophiam religionis tradet dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. XII.

DR. I. F. L. GEORGE, P. P. O.

I) Publice societatis philosophicae consessus moderari perget die Sat. hor. III—V. — II) Privatim 1) universam philosophiae historiam tradet quinquies p. hebd. hor. VIII; 2) logicen docebit quater p. hebd. hor. IV.

DR. H. LIMPRICHT, P. P. O.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel p. hebd. hor. def. — II)

Privatim 1) chemiae partem secundam tradet sexies p. hebd. hor. III; 2) praxin chemicam tricenis horis p. hebd. docebit; 3) exercitationes chemicas analyticas et senis et duodenis hor. p. hebd. instituet.

Dr. GUIL. AHLWARDT, P. P. O.

I) Publice grammaticam linguae Arabicae exponet diebus Lunae et Iovis hor. IV. — II) Privatim proverbia Salomonis interpretabitur diebus Lunae et Iovis hor. III; 2) scholas Turcicas offert horis definiendis habendas.

Dr. F. F. C. E. SUSEMIHL, P. P. O.

I) Publice Aristotelis poetica interpretabitur simulque isagogen in libros Aristotelis tradet diebus Mercuri et Saturni hora IX. — II) Privatim historiam litterarum Graecarum inde ab Aristotelis temporibus narrabit quinquies per hebdomadem hora V.

Dr. TH. HIRSCH, P. P. O.

I) Publice 1) exercitationes seminari historici die Mart. hor. V et VI; 2) exercitationes geographicas die Sat. hor. VIII moderari perget. — II) Privatim 1) historiam Graecam diebus Lunae, Martis, Mercuri, Iovis, Veneris hor. VIII; 2) geographiam universalem diebus Lunae, Mercuri, Iovis, Saturni hor. IV tradet.

Dr. L. KOENIGSBERGER, P. P. O.

I) Publice 1) exercitationes seminari mathematici moderabitur die Sat. hor. IX et X; 2) lineas secundi gradus analytice tractabit bis per hebd. hor. def. — II) Privatim algebram superiorem docebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. IX.

Dr. R. USINGER, P. P. O.

I) Publice 1) exercitationes seminari historici moderabitur die Lun. hor. V et VI; 2) de fontibus historiae medii aevi disseret die Merc. hor. III. — II) Privatim historiam Europae inde ab anno 1789 usque ad annum 1814 narrabit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hor. XI.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. H. SCHWANERT, P. P. E.

I) Publice historiam chemiae enarrabit die Saturni hor. XII. — II) Privatim 1) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. hor. VIII; 2) metallurgiam tradet dieb. Lun. et Merc. hor. IV; 3) pharmaciae partem priorem exponet dieb. Lun., Mart., Merc., Iov. hor. VIII.

Dr. BERNH. SCHMITZ, P. P. E.

I) Publice Corneli tragoediam: Nicomède (ed. Geruzez) recitabit atque sermone francogallico interpretabitur die Sat. hor. IV et V. — II) Privatim 1) historiam litterariam Franco-Gallorum inde a saeculo septimo decimo sermone franco-gallico enarrabit dieb. Mart. et Ven. hor. V; 2) Shakespeari tragoediam: Romeo and Iuliet recitabit atque sermone anglico interpretabitur die Merc. hor. IV et V.

Dr. A. PREUNER, p. p. e.

I) Publice 1) antiquitates Romanorum sacras et privatas artis monumentis adhibitis bis terve p. hebd. docebit; 2) de picturis Pompeianis semel p. hebd. disseret. — II) Privatim Herodoti historiarum libros selectos interpretabitur die Merc. hor. X et die Sat. hor. X et XII.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. C. TH. PYL, priv. doc.

I) Publice historiam artium medii recentiorisque aevi tradet bis p. hebd. hor. XI. — II) Privatissime sed gratis 1) disputationes de doctrina nummorum Germaniae semel p. hebd. hor. XI; 2) disputationes de antiquitatibus Pomeraniae secundum monumenta artium et litterarum semel p. hebd. hor. XI moderabitur.

Dr. C. JESSEN, priv. doc.

I) Publice historiam scientiarum naturalium imprimis botanicae tradet semel p. h. — II) Privatim 1) historiam naturalem generalem docebit dieb. Merc. et Sat. hor. IV; 2) pharmacognosiam tradet quaternis horis def. — III) Privatissime exercitationes offert miscroscopicas et botanicas.

Dr. CAR. A. F. PERTZ, priv. doc.

Privatim palaeographiam Graecam docebit ter per hebdomadem diebus horisque auditoribus commodis.

Dr. R. OTTO, priv. doc.

Privatim 1) phytochemiam et zoochemiam cum studiosis rerum naturalium tractabit dieb. Lunae, Martis, Mercuri hor. II; 2) de investigatione venenorum disseret semel per hebd. hor. def.; 3) repetitorium chemiae medicinae studiosis offert ter per hebd. hor. def. habendum.

Dr. R. BUCHHOLZ, priv. doc.

I) Publice mammalium naturalem historiam docebit semel per hebdomad. hora definienda. — II) Privatim zoologiam generalem docebit quinquies per hebdomad. horis definiendis.

ARTIUM MAGISTRI.

G. Bemmann, concent. music. director I) Publice 1) cantum ecclesiasticum docebit bis p. hebd. hor. def.; 2) exercitationes cantandi moderari perget die Iovis hor. VI et VII; 3) de relatione harmonica ac modulatione disseret bis p. hebd. — II) Privatim commilitonibus offert cantandi lectiones.

E. Weiland artem delineandi docebit publice dieb. Lun. et Ven. hor. X et XI.

H. Range artem gymnasticam docebit gratis hor. def..

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt HIRSCH Prof., Dr. PERTZ Cust. et Lic. HANNE pro Cust., dieb. Lun., Mart., Iov., Ven. horis XI—I, dieb. Mercuri et Saturni hor. II—V studiosis patebit.

Museum litterarium curant Professores ZOECKLER, WIEDING, BUDGE, HOEFER, GEORGE.

Seminari theologici exercitationes reguntur ab ORDINE THEOLOGORUM.

Societatis homiletico-catecheticae studia ac labores moderabuntur VOGT Prof. et HANNE Prof.

Seminari iuridici exercitationes moderabuntur BEKKER Prof., WIEDING Prof., FRANKLIN Prof.

Theatrum anatomicum administrat BUDGE Prof. adiuvante SOMMER Dre., qui Prosect. munere fungitur, adiutore in physiologia LANDOIS, Dre.

Museo anatomico praepositus est BUDGE Prof., adiutoribus SOMMER Dre. et LANDOIS Dre.

Societatis physiologicae exercitationes moderabitur BUDGE Prof.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est GROHE Prof., adiutore HERTZ Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est GROHE Prof., adiutore HERTZ Dre.

Collectis praeparatis pharmaceuticis praeest LAURER Prof.

Nosocomio Universitatis praesunt BARDELEBEN Prof. et MOSLER Prof., — administr. KIKHEFEL, — calculatore STEMPEL, — assistentibus WILBRAND Dre. et HOFFMANN Dre. — adiutoribus KREMNITZ Dre. et PENKERT.

Instituti clinici medici curam habet MOSLER Prof., adiutore KOBER Dre.

Instituti clinici chirurgici et ophthalmiatrici curam habet BARDELEBEN Prof., adiutore VOGT Dre.

Instituti obstetricii curam habet PERNICE Prof., assistente BENNECKE Dre., adiutore KLOCKMANN Dre.

Instrumenta, quae ad physicen pertinent, custodit DE FEILITZSCH Prof., adiutore FRAUENSTEIN.

Seminari mathematici exercitationes moderabuntur GRUNERT Prof. et KOENIGSBERGER Prof.

Instrumenta astronomica custodit GRUNERT Prof.

Museo botanico praepositus est MUENTER Prof., adiutore MIRICH.

Museum zoologicum curant MUENTER Prof., BUCHHOLZ Dr. Conservator.

Hortum botanicum curant MUENTER Prof., DOTZAUER inspector, adiutore MIRICH.

Seminario zoologico-botanico praeest MUENTER, Prof.

Museo mineralogico praepositus est HUENEFELD, Prof.

Institutum chemicum moderatur LIMPRICHT, Prof., adiutoribus SCHWANERT Prof., OTTO Dre. et F. BAUMSTARK Dre.

Seminari philologici sodalibus scriptores utriusque linguae interpretandos proponent ceterasque exercitationes ex more moderari pergent SCHOEMANN Prof. et BUECHELER Prof.

Seminarium historicum moderabuntur HIRSCH Prof. et USINGER Prof.

Gypsothecae et antiquitatum museo praeest PREUNER Prof.

Museo antiquitatum Pomeraniae praeest PYL Dr., Priv. Doc.

Societati philosophicae praeest GEORGE Prof.

SCHOLAE
IN
ACADEMIA CAMERALI ET GEORGICA HILDENSI
HABENDAE.

1) Introductionem in studia academica tradet Dr. BAUMSTARK, Prof. et Dir., ineunte semestri h. X—XII definiendis.

2) Oeconomiae nationalis partem alteram, in specie de provehendis rebus rusticis, docturus est IDEM diebus Merc. et Saturni h. IV—VI.

3) Introductionem encyclopaedicam in ius georgicum tradet Dr. HAEBERLIN, Prof., die Merc. h. X—XII.

4) Rei rusticae administrationem et artem computandi accepta et impensa in re rustica traditurus est Dr. SEGNITZ, Prof., diebus Veneris et Saturn. h. X—XII.

5) Exercitationes et conversationes de rebus rusticis moderabitur IDEM die Iovis h. V—VII.

6) Instrumentorum et machinarum rei rusticae seriem priorem explicabit IDEM die Iovis h. II—IV.

7) De bubuli pecoris cura exponet Dr. ROHDE, Consil. Oeconom., die Veneris hor. III—V.

8) Curam pecoris ovilli docebit IDEM die Iovis h. X—XII.

9) De porculatione exponet IDEM die Mercuri h. III.

10) Demonstrationes practicas et exercitationes in re rustica instituet IDEM h. def.

11) Conservandam valetudinem animalium domesticorum mammalium docebit Dr. FUERSTENBERG, Veterinarius Provinciae Regius, die Veneris h. VIII—X.

12) Pomorum culturam et pometi curam docebit FINTELMANN, Hortul. acad., die Iovis h. II—IV.

13) Rei saltuariae administrandae principia docebit WIESE, rei saltuariae Magister, dieb. Martis et Veneris h. IV—VI.

14) De technologia oeconomica exponet Dr. TROMMER, Prof., dieb. Merc. et Sat. h. VIII—X.

15) Demonstrationes practicas in officinis technico-oeconomicis Academiae et extraneis instituet IDEM horis defin.

16) Anatomiam et physiologiam animalium domesticorum mammalium docebit Dr. FUERSTENBERG, Veterinarius Provinciae Regius, dieb. Lunae et Martis h. VIII—X.

17) Chemiam anorganicam experimentalem tradet Dr. TROMMER, Prof., diebus Lunae et Martis h. X—XII.

18) Exercitationes in laboratorio chemico moderabitur SCHOLTZ, Dr., dieb. Martis et Veneris h. II—VI.

19) Chemiam organicam repetiturus est IDEM, binis horis definiendis.

20) Chemiam analyticam docebit IDEM, binis horis definiendis.

21) Geognosiam traditurus est IDEM diebus Mercuri et Saturni h. II.

22) De stercoribus disseret IDEM, die Lunae horis IV—VI.

23) Historiam naturalem animalium rei rusticae obnoxiorum et morbos plantarum explicaturus est Dr. JESSEN, die Lunae horis II—IV.

24) De climatologia, quatenus ad rem rusticam spectat, et de geographia plantarum disseret IDEM die Iovis h. IV.

25) Exercitationes microscopicas in anatomia plantarum instituet IDEM hor. defin.

26) Exercitationes in disquirendis et cognoscendis seminibus ad rem rusticam pertinentibus, imprimis graminum, moderabitur IDEM die Mercuri h. X.

27) Architecturae cameralis partem priorem docebit MUELLER, Architecta Reg., die Lun. horis IV—VI.

28) Stereometriam practicam, trigonometriam planam et arithmetices capita selecta tradet Dr. GRUNERT, Prof., die Iovis II—IV.

29) Mechanicen et doctrinam de machinis docebit IDEM die Martis horis II—IV.

30) De agri melioratione disseret H. WERNER, privatim docens, quaternis horis definiendis, privatim.

31) Pabuli culturam docebit IDEM, binis horis definiendis.

INSTITUTA SPECIALIA ACADEMIAE HILDENSIS.

Bibliothecae academicae, quae studiosis diebus Mercuri et Saturni per semestre hibernum hora I et per semestre aestivum hora XI patebit, praeest JESSEN, Dr.

Museum litterarium Academiae regit IDEM.

Museo proplasmatum suppellectilis rusticae praeest Dr. SEGNITZ, Prof.

Collectis instrumentis rusticis et lanae speciminibus praeest Dr. ROHDE, Consil. Oeconom.

Institutum chemicum generale moderantur Dr. TROMMER, Prof., et SCHOLZ, Dr.

Apparatui physicali et technologico praeest Dr. TROMMER, Prof.

Museo mineralogico et instituto chemico ad rem rusticam experimentis emendandam destinato praeest SCHOLZ, Dr.

Museo zoologico et botanico, instituto microscopico et phytophysiologico, collectis seminibus, fructibus, pomorum proplasmatibus praeest JESSEN, Dr.

Museis anatomicis et veterinariis, instituto zoophysiologico, valetudinariis veterinariis et stabulis ad experimenta in re pecuaria instituenda pertinentibus praepositus est Dr. FUERSTENBERG, Veterinarius provinciae Regius.

Hortum botanicum curant JESSEN, Dr., Praepositus, et FINTELANN, Hortul. acad

Seminarium et plantaria pomorum, pometum arborum matricum et exemplo inservientium et hortum olitorium curat FINTELMANN, Hortul. acad.

Rei rusticae Academiae praeest Dr. ROHDE, Consil. Oeconom.

Agrum rei rusticae experimentis emendandae destinatum curat H. WERNER, privatim docens.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VIII.	Hist. eccles. III., sexies.		Akiurgia, semel. Chirurgia, quinquies. Anatomia corporis humani, quinquies. Cursus anatomiae pathologicae, quater. Ars formulas praescribendi, bis. Pharmacologia generalis, bis.	Hist. philos., quinquies. Chem. analyt., bis. Pharmacia, quater. Hist. Graeca, quinquies. Exerc. geograph., semel.
IX.	Theol. symbolic., quinquies.	Pandectae, quinquies.	Akiurgia, semel. Chirurgia, quinquies. Anatomia corporis humani, quinquies. Repetitorium pharmacologiae, bis. Toxicologia, ter. Exercitationes clinicae et policlinicae medicae sexies. De nutrimentis, bis.	Algebra super., quater. Semin. math., semel. Aristotelis Poet., semel. Plautus, quater.
X.	Evangelia synoptic., quater.	Institutiones et hist. iur. Rom., quater. Pandectae, quinquies.	Anatomia encephali, semel. Anatomia et physiologia vasorum, ter. Exercitationes clinicae chirurg. sexies. Exercitationes clinicae et policlinicae medicae sexies.	Semin. math., bis. Calculus different., quater. Syntaxis graeca, quater. Ars delineandi, bis. Herodotus, bis.
XI.	Dogmatic. evang. p. I, quinquies.	Institutiones et hist. iur. Rom., quater. Iustiniani institutiones, quinquies. Hist. iuris Germ., quinquies. Ius ecclesiasticum, quinquies. Ius criminale, quinquies. De ordine iudiciorum apud Rom., semel.	Exercitationes clinicae chirurg. sexies. Exercitationes anatomico-practicae sexies.	Semin. math., semel. Statica analyt., quater. Hist. Europ. rec., quater. Hist. artis recentioris, bis. Res numm. Germ., semel. Antiqq. Pomeran., semel. Thucydides, bis. Ars delineandi, bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XI.		Examinatorium de institutionibus, semel. De iure matrimoni, semel.		
XII.	Vita Jesu Christ., quater. Theoria artis homil., quater.	Encyclopaedia et methodologia, quinq. Processus criminalis, quater.	Anatomia organorum sensus, semel. Exercitationes anatomico-practicae, sexies. Psychiatria, semel. Exercitationes clinic. obstetricicae, sexies.	Grammat. comparat., bis. Monumm. Theotisca, ter. Phil. relig., quater. De rep. et eccl., semel. Oryctognosia, bis. Crystalli, semel. Hist. mineralog., semel. Exam. mineralog., bis. Physica, quater. Hist. chemiae, semel. Herodotus, semel.
II.			Exercitationes anatomico-practicae, sexies. Exercitationes obstetriciae in phantomate, semel. De operationibus obstetriciis, bis. Morbi cutanei et syphilitici, ter.	Chemia physiol., ter.
III.	Hebraeor. antiquitat., quater. Progymnasm. homil., semel.	Ius privatum Germanicum, quinquies. Ius gentium, quinq.	Morbi recens natorum, semel. Theoria artis obstetriciae, ter. Exercitationes anatomico-practicae sexies. Exercitationes in diagnosi pathol. oculorum, bis. De parasitis hominum, semel. De morbis syphilit., bis.	Propertius, bis. Hymni Homer., bis. De font. hist. med. aev., semel. Chemia, sexies. Societas philos., semel. Proverbia Salom., bis.
IV.	Progymnasm. homil., semel.	Ius privatum Germanicum, quinquies. Seminarium Germ. semel. Exercit. proc., semel.	Pathologia et therapia specialis, quinquies. Exercitationes ophthalmoscopicae, bis. Cursus histologiae normalis, quater.	Societas philos., semel. Logica, quater. Psychologia, quater. Metallurgia, bis. Geographia, quater. Encycl. cameral. rer., sem.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

Hor.	THEOLOGICAE	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
IV.			Otiatrice, bis.	Cornelius, semel. Hist. natur. gener., bis. Gramm. Arab., bis. Oeconomia publ., bis. Lingua Sanscrita, bis. Shakespearius, semel.
V.	Jesai.vaticin.,quinquies. Encyclop. theol., bis. Systema doctrin. christian., bis.	Ius publicum Germanicum, quinquies. Semin. Germ., semel. Exercit. proc., semel. Semin. Rom., semel.	Pathologia generalis cum anatomia pathologica, quinquies. Cursus diagnostic. physic., bis. Politia medica, bis. Medicina forensis, ter.	Encyclop. rer. cameral., semel. Oeconomia publ., bis. Hist. litt. francogall., bis. Shakespearius, semel. Cornelius, semel. Hist. litt. graec., quinq. Semin. histor., bis. Zoologia, ter. Mammalia, semel. Zool. pharmac., semel.
VI.	Exerc. hist. eccl. d. Lunae. Exerc. dogm. d. Mart. Exerc. exeget. N. T. d. Iovis. Exerc. exeget. V. T. d. Veneris.	Semin. Rom., semel.	De tumoribus, bis. Anatomia microscopica, ter.	Semin. histor., bis. Zoologia, ter. Mammalia, semel. Zool. pharmac., semel. Meteorologia, semel. Exerc. cantandi, semel.
VII.				Meteorologia, semel. Exerc. cantandi, semel.
HORIS DEFINIENDIS.		Histor. foed. Germ.	Repetitorium anatomiae. Morbi cutis et morbi venerei, semel.	Selecta capp. chemiae, semel. Praxis chemica, tricies. Praxis analyt., sexies duodeciesve. Venena, semel. Repetitt. chemica, ter. Botanica medic., quater. Palaeograph. graeca, ter. Antiqq. Rom. sacrae priv. q , ter. Picturae Pompei., semel. Cantus eccles., bis. Harmonica, bis.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
DE-FI-NI-EN-DIS.				Cantandi lectiones. Ars gymnastica. Hist. scient. natur., semel. Pharmacognosia, quater. Exerc. microscop. Turcica. Mammal. nat. hist., sem. Zoologia generalis, quinquies.

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCXCII

A DIE XX MENSIS APRILIS

HABENDARVM.

INEST FRANCISCI SVSEMIHL QUAESTIONVM ARISTOTELEARVM CRITICARVM ET EXEGETICARVM PARS I.

GRYPHISWALDIAE

TYPIS FRID. GVIL. KVNIKE

MDCCCXCII.

VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

HENRICVS ZIMMER

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

Aliis studiis satis diu occupatus, commilitones, libenter nunc redeo per aliquod saltem tempus ad Aristotelem. Et primo quidem loco ad illam eius de elocutione et de dispositione commentationem, quae nunc contra eius voluntatem ipsorum Rhetoricorum tertii libri sedem obtinet[1]), illustrandam nonnulla proferam. Cum enim nemodum, quantum scio, ordinem materiarum, quem in illa secutus est philosophus, accuratius explicaverit, operae pretium mihi videtur certe obiter ita de eo agere, ut singuli quoque loci nonnulli difficiles vel corrupti lucem inde accipiant.

In isagoge (c. 1.) Aristoteles postquam docuit praeter ipsam artis rhetoricae materiam (αὐτὰ τὰ πράγματα ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιθανόν 1403ᵇ 19), hoc est omnia ea invenienda, quae efficiunt persuasionem (πίστεις), et praeter elocutionem atque dispositionem[2]) tertiam quoque extare eloquentiae partem eamque haud parvi momenti, actionem sive pronuntiationem, statim exponit, cur de ea nolit praecepta dare, 1403ᵇ 18—1404ᵃ 19, deinde duas esse monet elocutionis species, poeticam et pedestrem, et non illam sibi, sed hanc tantum tractandam esse hoc loco, 1404ᵃ 19—39. Fundamentis sic iactis priore et multo longiore in parte ipsius de elocutione dissertationis regulas tradit omnibus orationum generibus communes, in posteriore (c. 12. 1403ᵇ 3—1404ᵃ 27) eas, quae singulis, hoc est vel ad legendum vel ad audiendum destinatis orationibus, vel deliberativis vel iudicialibus vel demonstrativis, propriae sunt. Prior autem illa pars tres continet particulas: prima ad singulas spectat voces demonstratque, et quibus earum in oratione pedestri (c. 2—4. 1404ᵇ 1—1407ᵃ 18) et quomodo eis utendum sit (c.5—7), ut oratio recipiat munditiem et perspicuitatem (c. 5. 1407ᵃ 19—ᵇ25), ubertatem et elegantiam (c. 6. 1407ᵇ 26—1408ᵃ 9), aptam et rebus et personis et occasionibus rationem (c. 7. 1408ᵃ 10—ᵇ20), contra altera (c. 8. 9) compositionem tractat verborum tum rhythmi (c. 8. 1408ᵇ 21—1409ᵃ 23) tum structurae vel paratacticae vel periodicae enuntiatorum (c. 9. 1409ᵃ 24—

---

1) Quid in exordio hunc in finem mutatum sit, hac de re infra agam.

2) V. iterum quae infra contra Rabeum disseram.

1410b 5) habita ratione, tertia (c. 10. 11) pertinet ad res et delectui singulorum verborum et compositioni eorum communes, sales facetiasque atque dicta nervi plena, quae omnibus placent et res quasi ante oculos ponunt (1410b 6—1413b 2).

Iam ut rem paulo accuratius aggrediamur, in primae particulae priore membro (c. 2—4) de delectu vocabulorum agens docet Aristoteles ex omnibus eorum generibus vulgaria et propria ad perspicuitatem orationis esse necessaria, cetera ad elegantiam, sed inter haec in prosa raro adhibendas esse et glossas et novas voces et composita [3]), ut sola fere relinquatur metaphora sive, ut Latino verbo utar, translatio (c. 2. 1404b 1—37): quapropter de hac paene sola disputat c. 2. 1405a 3—b 19 et de comparatione, utpote quae alia dumtaxat sit metaphorae forma, c. 4. 1406b 20—1407a 17, pauca addit de vocibus homonymis et synonymis c. 2. 1404b 37—1405a 2 et de epithetis ac blandientibus verbis deminutivis c. 2. 1405b 21-33. At interponit dissertationem c. 3. 1405b 34—1406b 19, qua ostendit non modo vocabulorum compositorum, glossarum, epithetorum supervacaneorum (inprimis ornantium) longiorumque, praesertim si minus apta sunt, crebriore, verum etiam translationum nimio usu orationem fieri frigidam. Habetis, commilitones, egregiam Aristotelis artem disponendi grata quadam neglegentia refertam, quae tantum abest ut noceat argumentis dignoscendis, ut utilissima potius sit ad hanc rem.

At non intellego verba capitis secundi 1405a 34 sq. φαύλη δὲ ἡ μεταφορὰ ταῖς ἀσήμοις φωναῖς, quae iam Buhleum ita offenderunt, ut lacunam statueret. Nam nullo modo eis exprimi potest quod reddit Knebelius: „weil Schrei einen verworrenen Schall bezeichnet“. Immo ἄσημος φωνή est vox nihil significans, ut recte vertit Victorius, vel certe „ein Wort, das keine (adde: klare) Vorstellung giebt“, ut vertit Rothius: cum vero praecedant v. 31 sqq. ἔστιν δὲ καὶ ἐν ταῖς συλλαβαῖς ἁμαρτία, ἐὰν μὴ ἡδείας ᾖ σημεῖα φωνῆς, οἷον Διονύσιος προσαγορεύει ὁ χαλκοῦς ἐν τοῖς ἐλεγείοις κραυγὴν Καλλιόπης τὴν ποίησιν, ὅτι ἄμφω φωναί, itaque Aristoteles monuerit esse etiam in coniunctionibus duorum (pluriumve) nominum, velut κραυγή cum Καλλιόπης, vitium, quando significationes eorum coniunctae insuavem efficiant phrasin, ego quidem, quamquam in plurali ταῖς φωναῖς, cum duae voces sint, minime cum Roemero haereo, tamen neque video, quomodo clamor (κραυγή), etamsi hoc probat Victorius, nihil significans vox nuncupari, neque quomodo nihil significans phrasis idem esse queat atque insuavis. Insuave enim est quidem etiam id, quod nihil significat, sed non eam ob causam ab Aristotele vituperatur Dionysius, sed quia, ut ipse dicit Victorius, κραυγή „asperum inconditumque sonum significat, vox autem Musarum lenis ac suavis esse creditur“. Quamobrem Riccobonus, Rothius, alii puncto ante φαύλη posito ad alia exempla referunt verba φαύλη κ. τ. λ.: adicio Rothii translationem: „schlecht wird der uneigentliche Ausdruck durch Worte, die keine Vorstellung geben“. At sic certe expectamus: „auch durch“, turbatque me quidem articulus ταῖς additus. Scripsitne igitur Aristoteles ipse γίνεται καὶ? An si haec quoque verba exemplum potius e Dionysio sumptum revera spectant, non ἀσήμοις, sed ἀηδέσι? An prorsus delenda sunt verba incommoda? Nihil decernere audeo nisi hoc solum, prorsus insana

3) Ubi modicus earum omnium usus statuendus sit, postea se dicturum esse promittit Aristoteles 1404b 30 ὅπου δέ, ὕστερον ἐροῦμεν, et stat promisso 7. 1408b 11 sqq., cf. etiam 3. 1406a 35 sqq.

esse ista, ut nobis tradita sunt, prorsus sana antecedentia illa[4]), ut in omnibus fontibus praeter unum A^c codicem optimum leguntur. Nam quod in hoc καὶ Καλλιόπης invenitur, non debebat suspicionem movere Roemero: non enim alium accusativum inter καὶ et Καλλιόπης excidisse, sed καὶ e sequente καλ mala dittographia ortum esse satis ostendit ἄμφω verbum, quippe quod sine ullo dubio comprehendat κραυγήν et ποίησιν. Neque illa suspicione quidquam lucramur ad ἀσήμοις explicandum.

Contra idem Roemer cum in loco paulo post 1405ᵇ 3—16 sequente καὶ ὅλως ἐκ τῶν εὖ ἠνιγμένων ἔστι μεταφορὰς λαβεῖν . . . καὶ ἀπὸ καλῶν . . . ἔτι δὲ τρίτον (v. 8) κ. τ. λ. rectissime „desiderari ipsum illud tertium“ moneat, „quod diserte ab Aristotele dici debebat“, nescio cur non in ipso textu post τρίτον posuerit lacunae signum. Verba ipsa, quae ibi perierunt, nequeunt restaurari, sed sententia eorum: εἰ ἔστι πλείω συνώνυμα, ἐκ τῶν οἰκειοτέρων, patet ex adiectis ὃ λύει κ. τ. λ.

Quae proxime leguntur 1405ᵇ 16 sqq. τὰς δὲ μεταφορὰς κ. τ. λ. nihil novi afferunt, sed accuratius tantum distinguunt τὰ καλά, e quibus depromendae sunt translationes: ergo, ni fallor, recte vertit Knebelius „also“ et sic tacite coniecit δή.

In capite tertio 1406ᵃ 14 sqq. sic emendanda est interpunctio: ἐστίν· ἐπεὶ — αὐτοῖς (ἐξαλλάττει — λέξιν), ἀλλὰ μετρίου· ἐπεὶ κ. τ. λ. Ceterum cum Roemero et Schuetzio[5]) verba 1406ᵇ 3 — 5 ἡ μεταφορὰ — εἴρηται ab Aristotele abiudicantibus et cum Schuetzio consentio, qui simul genuinam de epithetis observationem hoc loco periisse putat.

Omnino recte post F. A. Wolfium etiam Dielesius[6]) iudicavit in toto hoc tertio Rhetoricorum libro criticam artem maxime in expungendis verbis interpolatis laborare debere, attamen debet etiam in lacunis detegendis. Utriusque generis, ut nunc me vertam ad alterum primae illius particulae membrum, vitia insunt, nisi fallor, in capite quinto. Mirum enim, si quid video, est exemplum 1407ᵃ 26—30 ἐγὼ δ', ἐπεί μοι εἶπεν (ἦλθε γὰρ Κλέων δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν) ἐπορευόμην παραλαβὼν αὐτούς. ἐν τούτοις γὰρ πολλοὶ πρὸ τοῦ ἀποδοθησομένου συνδέσμου προεμβέβληνται σύνδεσμοι· ἐὰν δὲ πολὺ τὸ μεταξὺ γένηται τοῦ ἐπορευόμην, ἀσαφές, nam ἐπορευόμην est ῥῆμα cum ὀνόματι[7]) et συνδέσμῳ antecedentibus (ἐγὼ δ') cohaerens aliis συνδέσμοις nimis ab eis separatum, non σύνδεσμος alter priori illi respondens, ut in exemplis antea v. 22 sq. allatis μέν coniunctioni δέ respondet coniunctio. Prorsus aliud igitur exemplum requirunt verba 25 sq. μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου, verbi causa tale quid, in quo post μέν secuntur duo δέ, quorum posterius demum illud excipit. Secludenda igitur mihi videntur

---

4) Haud recte Knebelius verba ἐὰν μὴ ἴδειαι ᾖ σημεῖα φωνῆς reddit sic: „wenn die Ausdrücke zu grell gegen einander abstechen“ et adnotat haec: „Die Uebersetzung giebt den Sinn wieder, welchen der Zusammenhang fordert. Der griechische Text ist hier schwerlich ohne Verderbniss auf uns gekommen: diese aber näher zu bezeichnen oder gar zu heilen, geht dermal über unser Vermögen“.

5) Annal. philol. CXXXVII. 1888. p. 692 sq.

6) Ueber das 3. Buch der aristot. Rhet., Berol. 1886 (Comm. acad. Berol.) p. 7: „Die Rhetorik ist anerkanntermassen durch Interpretamente an vielen Stellen interpoliert“. Addit in n. 1: „Schon F. A. Wolf erwartete die Haupthülfe für die Rhetorik von der *deletrix critica*. Mir scheint im 3. B. noch manches der Art beseitigt werden zu müssen etc.“ (Secuntur exempla).

7) Nam pronomen a nomine nondum separavit Aristoteles, cf. Susemihl. Aristot. üb. d. Dichtkunst² p. 271. n. 230. 233.

haec omnia. Multo tamen maiore cum fiducia verba 1407^{b} 22—25 sic restituo: ἔμελλον γὰρ διαλεχθεὶς ἐκείνῳ <, εἰ ἐγένετο> τάδε καὶ τάδε καὶ [8]) ὧδε, πορεύεσθαι, ἀλλὰ μή· ἔμελλον γὰρ διαλεχθεὶς πορεύεσθαι, εἰ [9]) τάδε καὶ τάδε καὶ ὧδε ἐγένετο [10]), et ne opus quidem mihi esse videtur argumentis hoc confirmari, immo omnes etiam sine demonstratione credituros mihi esse spero. Haesit iam Roemer recteque de altero διαλεχθείς, ut tradita sunt verba, scribit: „nec video, quid hoc loco sibi velit διαλεχθείς", cetera tamen, quae addit, vix refutatione mihi egere videntur [11]).

Aliter se res habet in verbis capitis sexti 1407^{b} 31 καὶ μεταφοραῖς δηλοῦν: hoc enim loco prorsus incertus sum, utrum <δεῖ> δηλοῦν coniciam, ut tollatur ambiguitas (facile enim in tradita lectione possit aliquis falso credere protasin v. 29 καὶ ἐὰν αἰσχρὸν ᾖ ἀπρεπές etiam ad haec et ad sequentia tendere), an hoc sit ipsum corrigere Aristotelem.

In secundae particulae membro altero, hoc est in capite nono duo distinguuntur enuntiatorum structurae genera, λέξις εἰρημένη et λέξις κατεστραμμένη sive periodus, 1409^{a} 24—^{b}13, quorum illa multo minus, haec multo magis probatur. Quapropter deinde inprimis de periodo sermo est, ita tamen, ut simul ea quoque tractentur, quae periodo cum λέξει εἰρημένῃ communia sunt. Utraque enim plura potest habere cola, utraque unum tantummodo, et plura si habet, potest διῃρημένη vel ἀντικειμένη esse secundum Aristotelis, si recte eam intellego, sententiam, quamquam haud dubie exculta ratione et artificiosa in periodum solam haec cadunt. Ergo recte traditum est λέξις 1409^{b} 14 et λέξεως 1409^{b} 33, ubi περίοδος et περιόδου possimus expectare. Nequeo hac in re laudare neque gratam neglegentiam appellare disponendi rationem ab Aristotele adhibitam, nam obscurum sic est, utrum etiam prorsus antitheticam apud Gorgiam eiusque aemulos enuntiatorum compositionem pro vere periodica habeat necne. Utut autem hoc se habet, certe ineptum mihi videtur additamentum, quod iam Spengelium offendit, ὥσπερ καὶ ἡ [12]) περίοδος in verbis illis 1409^{b} 13—16 ἔστιν δ' ἐν κώλοις μὲν λέξις ἡ τετελειωμένη τε καὶ διῃρημένη καὶ εὐανάπνευστος, μὴ ἐν τῇ διαιρέσει ὥσπερ καὶ ἡ περίοδος, ἀλλ' ὅλη hoc loco v. 15 positum. Si scriptum esset μὲν ὥσπερ πᾶσα λέξις, οὕτω καὶ ἡ περίοδος, omnia essent plana, sic vero denuo Spengelio, sicut dixi, praeeunte, qui tamen haud recte de periodi tantum membris hoc loco sermonem esse contendit, mihi deprehendere videor interpolatoris manum notamve marginalem, quae in ipsa verba irrepsit.

Nec minus mirum est, quod philosophus ubi tractat tres figuras Gorgianas, ἀντίθεσιν, παρίσωσιν, παρομοίωσιν, 1409^{b} 35—1410^{b} 5, de paromoeosi et accuratius quidem de homoeote-

8) Delet Kayser Ann. phil. Cl. 1870. p. 12 haud male, at nonne sic etiam ante alterum ὧδε hoc vocabulum delere debebat? Hoc tamen vereor ne nimiae audaciae sit.

9) Hoc enim praebet A^{c}, pessime εἶτα ceteri codices et vetusta translatio et editiones omnes: nam quae in nota profert Roemer, nullius momenti sunt.

10) Hoc loco ut nonnullis aliis verum servaverunt contra A^{c} et vet. transl. codices deteriores.

11) Sive cum schol. utroque loco γὰρ expungimus, quia posteriore deest etiam in A^{c}, sive utroque, id quod probo, ponimus, nihil ad rem.

12) Sic A^{c} et transl., ἡ εἰρημένη cet., sed εἰρημένη, ut recte monet Spengelius, mala correctione insertum est, „ut sensus evaderet": at non evasit, nam opposita potius est periodo εἰρημένη λέξις: evasisset igitur, si corrector praeterea περίοδος pro λέξις et λέξις pro περίοδος scripsisset.

leuto post πτώσεις δὲ ταὐτοῦ . . . ταὐτὸ δ' ὄνομα κ. τ. λ., 1410^a 32—35, non legimus ἡ αὐτὴ δὲ συλλαβή, sed ἀπὸ συλλαβῆς δέ, cumque homoeoteleutorum exempla e syllabis tantum eisdem vel similibus constantium iam supra v. 30—32 allata sint, eo minus dubito interpolatori tribuere haec omnia (v. 35 sq.): ἀπὸ συλλαβῆς δέ, τί — ἀργόν.

Neque aliter iudicandum esse mihi videtur in tertia particula de verbis capitis undecimi 1412^a 17 τὸ ἴσον, quae quid sibi velint post ὡμαλίσθαι ἐν πολὺ διέχουσιν ταὐτό, ἐν ἐπιφανείᾳ καὶ δυνάμεσι, ego saltem non dispicio. Neque video, postquam 1410^b 9—1412^a 17 uberrime demonstratum est ἀστεῖα omnia metaphoris, et his quidem praecipue ex earum genere, quae sunt secundum proportionem, effici, praesertim si coniunctae sint cum antithesi et ἐνεργείᾳ illa, quae inde oritur, quod res ante oculos quasi ponuntur [13]), quomodo nunc 1412^a 18 sq. repeti ἔστιν δὲ καὶ τὰ ἀστεῖα τὰ πλεῖστα διὰ μεταφορᾶς καὶ ἐκ τοῦ προσαπατᾶν, et quomodo nunc metaphorica origo ad maiorem dumtaxat facetiarum vel urbane dictorum partem recidere queat. Immo, ni magnopero fallor, spuria sunt διὰ μεταφορᾶς καὶ vel potius καὶ prius et διὰ μεταφορᾶς, ut scribendum sit: ἔστιν δὲ τὰ ἀστεῖα τὰ πλεῖστα καὶ ἐκ τοῦ προσαπατᾶν. Prorsus favent huic coniecturae proxima omnia 1412^a 19—^{b}20 [14]), in quibus 1412^a 35 pro corrupto θράττει σε fortasse reponendum est θραττίζει („er thrakert") vel θραττίζει σε („es thrakert dich") et haud dubie 1412^b 3, id quod vidit Hayduckius, post τὰ inserenda sunt <δι' ὁμωνυμίαν λεγόμενα> vel similia quaedam. Ea autem, quae ilico secuntur 1412^b 20 τὸ μὲν οὖν — 32 ἐνέργειαν, novum continent membrum vel, ut rectius loquar, clausulam omnium rerum inde a capitis X^1 initio 1410^b 9 prolatarum: nam in ultimis verbis v. 30 sqq. ὅσῳ δ' ἂν πλείω ἔχῃ, τοσούτῳ ἀστειότερον φαίνεται, οἷον εἰ καὶ τὰ ὀνόματα μεταφορὰ εἴη καὶ μεταφορὰ τοιαδὶ (i. e. secundum proportionem) καὶ ἀντίθεσις καὶ παρίσωσις, καὶ ἔχοι ἐνέργειαν [15]) vox παρίσωσις non figuram huius nominis significat, sed spectat ad 1412^a 19—^{b}20, dico ad homonymiam et (sit venia verbo!) homoeonymiam, v. exempla 1412^a 33—^{b}16. Corollari locum tenent quae 1412^b 32—1413^b 2 adiciuntur de comparationibus et de proverbiis.

In clausula autem illa quae leguntur 1412^b 24 sqq. recte Spengolius sic refecit: δεῖ δ' ἀεὶ προσεῖναι ἢ τὸ πρὸς ὃν λέγεται [ἢ] ὀρθῶς λέγεσθαι ᾖ [16]) τὸ λεγόμενον ἀληθὲς καὶ μὴ ἐπιπόλαιον. ἔστιν γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν, οἷον „ἀποθνήσκειν δεῖ μηθὲν ἁμαρτάνοντα", ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον (quia ἀληθές quidem est, sed ἐπιπόλαιον). Probo hanc coniecturam propter causam a Spengelio allatam, probo etiam propterea, quod vix credo posse quidquam simul esse ἀληθὲς et μὴ ὀρθόν [16b]). Quae vero Spengelius proponit de verbis proximis v. 27 sqq. procul dubio

---

13) Recte Thurotus 1411^b 6 coniecit πρὸ ὀμμάτων <καὶ> μεταφορά. Ceterum cf. inprimis 1410^b 35 sqq. δεῖ ἄρα τούτων στοχάζεσθαι τριῶν, μεταφορᾶς, ἀντιθέσεως, ἐνεργείας. — τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατ' ἀναλογίαν τ. κ. λ.

14) Partem igitur veri vidit F. A. Wolfius ap. S. Vaterum Animadvv. et lectt. p. 215, qui de verbis καὶ ἐκ τοῦ προσαπατᾶν hoc monet: „ceterum novus hinc ducitur locus urbane dictorum: ergo ante καὶ maior interpunctio sit necesse est". At non sufficit tam lene remedium.

15) Comparanda cum his verbis sunt priora illa, quae in n. 13 excripsi.

16) Sic A^c et rc. Y^b et corr. C Gaisfordi et Ald., εἰ cum ceteris translatio et editiones inde a Victorio omnes.

16b) Frustra Knebelius et Rothius pro ὀρθῶς reddunt „treffend" vel „an sich treffend".

haud sanis minus probo. Si enim recte intellego quod ille vult, optionem dat inter duas coniecturas, ut aut sic restituendus sit locus: [τὴν ἀξίαν δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον· ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον], ἀλλ' ἐὰν κ. τ. λ. aut sic: τὴν ἀξίαν — ἀστεῖον, κἂν ἄμφω ἔχῃ [ἄξιόν γ' ἀποθανεῖν μὴ ἄξιον ὄντα τοῦ ἀποθανεῖν]: atqui secundum exemplum ego quoque interpolatori tribuendum esse putaverim, at ut retineatur, ut expungatur, post alterum ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον non ἀλλ', sed καὶ tradunt optimi fontes A^c et vetusta translatio, itaque pauca potius excidisse videntur ante hanc particulam, fortasse <ἐνίοτε δὲ>: sic deleta interpolatione illa optime se habent omnia: manet Aristoteles in eodem exemplo, duas affert eius formas, alteram, quae habet τὸ ἀληθὲς solum eamque ob causam non habet τὸ ἀστεῖον, alteram, quae simul ἀληθὴς est et μὴ ἐπιπολαία, sed nihilominus non ἀστεία, tertia, in qua insunt tria haec omnia, ipsa illa est Anaxandridae v. 16 sqq. καλόν γ' ἀποθανεῖν πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον[17]).

De capite duodecimo ad Thurotum, commilitones, vos ablego, cuius coniecturas ipse accuratius examinare hoc loco nolo. Certissima certe emendatio eius est 1413^b 8 μόνον pro μὴ, id quod iam alio loco monui, quamquam ne eam quidem commemoravit editor novissimus Roemer. Delenda mihi videntur verba 1413^b 10 ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθικὴ ἡ δὲ παθητική), si tamen servanda sunt, certe parenthesibus ut includantur, recte postulat Thurotus.

Item pauca tantum habeo, quae digna mihi videntur, ut vobiscum communicem, ad commentationem de dispositione reliquis capitibus comprehensam pertinentia.

13. 1414^b 1 sqq. recte Thurotus ita distinguit verba: προοίμιον . . . ἀπολογία ἡ (καὶ γὰρ . . . πολλάκις), ἀλλ' οὐχ ἡ συμβουλή.

14. 1415^a 8—21 recta interpunctio haec est: τὰ δὲ τοῦ δικανικοῦ προοίμια δεῖ λαβεῖν ὅτι ταὐτὸ δύναται ὅπερ τῶν δραμάτων οἱ πρόλογοι καὶ τῶν ἐπῶν τὰ προοίμια. τὰ μὲν γὰρ τῶν διθυράμβων ὅμοια τοῖς ἐπιδεικτικοῖς (διὰ — σκῦλα)· ἐν δὲ τοῖς <δικανικοῖς> λόγοις καὶ ἔπεσι δεῖγμά ἐστιν τοῦ λόγου, ἵνα προειδῶσι περὶ οὗ ᾖ ὁ λόγος καὶ μὴ κρέμηται ἡ διάνοια (τὸ γὰρ . . . τῷ λόγῳ· διὰ τοῦτο . . . μέγας)· καὶ οἱ τραγικοὶ <δὲ> δηλοῦσι περὶ τὸ δρᾶμα . . . Πόλυβος· καὶ ἡ κωμῳδία ὡσαύτως. Qua restituta unicuique planum fore credo, cur v. 12 neque pro λόγοις, in quo suo iure offendit Spengelius, eidem Spengelio concedam posse δράμασι expectari neque cum eo λόγοις καὶ secludam, sed alteram eius coniecturam <δικανικοῖς> λόγοις meam faciam itemque v. 19 δὲ, quod facile ante δηλοῦν evanescere potuit, ibi inseram. Loquitur Aristoteles de prologis orationum demonstrativarum 1414^b 21 — 1415^a 8, iudicialium 1415^a 8 - ^{b}27, deliberativarum 1415^b 32—1416^a 3. Subsiciva quaedam interposita sunt de demonstrativis 1415^b 28 ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς — 32 Λακεδαιμονίοις: in quibus cur ultima certe verba 30 sqq. ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ — Λακεδαιμονίοις admodum suspecta sint, egregie nuper demonstravit Zeller[18]): anne cetera quoque interpolatori sint impertienda, in medio relinquo:

---

17) Nescio an nimiam auctoritatem A^c codici tribuant qui v. 28 ἅμα ante ἄμφω respuunt a ceteris et translatione additum. — Recte 1413^b 1 χρῶνται — ῥήτορες secluserunt Stahrius et dubitanter Spengelius, probat hoc Roemer.

18) Philosophie der Griechen II^4, 1. p. 461 sqq. n. 5. V. infra n. 45.

ceterum si eis, qui hoc loco Menexenum, Platonis, si Deo placet, opusculum, citavit, non ipse Aristoteles, tamen, nisi vehementer fallor, haud dubie iam editor antiquissimus erat, Aristotelis discipulus [18b]). Sed de hac re accuratius agere non huius loci est: utut tamen se habet, nonne scribendum est <ὁ> Σωκράτης?

Caput quintum decimum maioris ambitus lacuna deformatum esse ante ἄλλος τρόπος 1416^a 6 invictis argumentis demonstravit Thurotus, et cadere idem in sexti decimi locum 1416^b 29, ubi in fontibus repetuntur 1367^b 26 ἔστιν δὲ — 1368^a 10 μετατεθῇ omnes hodie, opinor, Victorio concedunt.

15. 1416^a 25 sq. certe quae recipit Roemer sine dubio tam falsa sunt, ut opera hoc demonstrandi sine ullo scrupulo supersedeam. Habent ἢ ἄλλος αὐτὸν transl. et schol., ἢ ἄλλος αὐτοὺς codices deteriores, utrumque male correctum e corrupto ἢ ἄλλος αὐτὸς, quod fideliter servavit A^c. Rectissime igitur Spengelius coniecit ἢ ἄλλος <ἢ> αὐτός, praeterea tamen nescio an eiusdem Spengeli vestigia secutus omnia sic emendare debeam: ἢ ἄλλος <ἢ> αὐτ ς, ὥσπερ αὐτὸν νῦν, ἢ ἄνευ διαβολῆς ὑπελαμβάνοντο, οἳ πεφήνασιν οὐκ ἔνοχοι [19]).

Duas tantum necessarias esse partes uniuscuiusque orationis πρόθεσιν et πίστιν, duas tantum accedere posse, prooemium et epilogum, demonstrat philosophus in cap. XIII^0, tractat prooemium in XIV^0 addita de διαβολῇ doctrina in XV^0, narrationem, quae in orationibus iudicialibus et demonstrativis protheseos forma est, in XVI^0, πίστεις in XVII^0 et XVIII^0 et priore parte XIX^i (1417^b 21 – 1419^b 9), epilogum in posteriore parte eiusdem capitis ultimi. Ergo damnanda sunt verba 1418^b 23 sq. περὶ μὲν οὖν πίστεων ταῦτα: namque non potuit ea scribere Aristoteles ipse, utpote cuius ex sententia ea quoque, de quibus sermo est 1418^b 24—1419^b 9, non quidem ad confirmationem, sed ad πίστεις tamen eas, quae sunt κατὰ τὰ ἤθη καὶ κατὰ τὰ πάθη, pertineant.

Quomodo Spengelius 19. 1419^b 15 in verbis τὸ ἐπαινεῖν καὶ τὸ ψέγειν καὶ ἐπιχαλκεύειν fortasse eiciendum esse καὶ posterius conicere potuerit, equidem non assequor, sed probo deteriorum codicum lectionem καὶ τὸ ἐπιχαλκεύειν [20]), quae etiam ea firmatur, quam ante oculos habuit scholiasta: καὶ μετὰ τὸ ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν τὸ ἐπιχαλκεύειν. Rectissime Brandisius [21]): „Das ἀποδεῖξαι αὐτὸν μὲν ἀληθῆ τὸν δὲ ἐναντίον ψευδῆ entspricht dem vorangegangenen (Z. 10) πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως, das ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν dem αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι (Z. 12, vgl. 19), das ἐπιχαλκεύειν dem εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι (Z. 13, vgl. 25)". Cf. 19 sq. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο [δεδειγμένων] [22]) ἤδη αὔξειν — ἢ ταπεινοῦν et 24 sq. μετὰ δὲ ταῦτα, δήλων ὄντων καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάθη ἄγειν κ. τ. λ. Quin nescio an, cum ita se res habeat, Aristoteles scripserit καὶ <εἶτα> vel καὶ <οὕτω> τὸ vel simile quid.

18b) V. de hac re ipsa Zelleri verba infra in n. 45 exscripta.

19) Non satis mihi clarum est ex eius verbis, utrum ipse sic scribere an praeterea] ἢ ἄνευ διαβολῆς ὑπελαμβάνοντο secludere velit.

20) Probo etiam contra Roemerum cum Spengelio 17. 1418^b 13 ἀντισυλλογιζόμενον, quamquam συλλογιζόμενον offerunt non solum A^c, sed etiam vetusta translatio. Si coniectura est, certe recta est coniectura.

21) In Philologi IV (1850). p. 45.

22) Recte iam Spengelius monuit, si sanum sit hoc verbum, excidisse aliquid videri. Ego secludere malim, quamquam nescio quomodo oriri potuerit ineptissimum hoc additamentum.

Contra recte Spengelius 1419^b 34 ἢ ante ὅσα delevit, sed minus prospere cetera ei successerunt. Suo enim fortasse iure Roemer εἰ[23]) μὴ καταντικρύ sanum esse censet. Etenim praeter exemplum primo loco adumbratum v. 35 sq. (ἀλλ' οὗτος — ταῦτα), quo simplicissima species repraesentatur, etiam quae secuntur ἢ ἐξ εἰρωνείας κ. τ. λ. (1420^a 1 — 3) et ἢ ἐξ ἐρωτήσεως κ. τ. λ. (1420^a 3 sq.) sunt species ἀντιπαραβολῆς τῆς καταντικρύ, hoc est eius rationis, qua quae ipse orator et quae adversarius protulit singula cum singulis comparantur. Attamen ut prima species exemplo tantum expressa sit, deesse certe vix potuit <οἷον> ante ἀλλ' οὗτος, ne falsa existeret species, quae etiam Roemerum in errorem induxit[24]), tamquam haec esset unica: si vero aliquis malit <ἢ ἁπλῶς> vel simile quid inserere, non ego repugno. Mutilum est etiam exemplum tertiae speciei. Haud recte ἢ ante οὗτος 1420^a 3 delet Thurotus, sed recte offensus est hac particula: deest oppositio: scribendum igitur est δέδεικται <ἐμοί>; vel δέδεικται <ἐμοί; ἀλλ'>. Iam Aristoteles postquam verbis proximis 1420^a 4 ἢ δὴ οὕτως totum hoc genus denuo comprehendit, regreditur ad alterum illud antea 1419^b 35 priore loco positum (παραβάλλειν ὅσα περὶ τὸ αὐτὸ ἄμφω εἶπον) verbis ἢ κατὰ φύσιν κ. τ. λ.: igitur quae nunc interposita legimus ἢ ἐκ παραβολῆς aut, id quod suaserunt Victorius eumque secuti Buhleus et Rothius, secludenda sunt aut ita restauranda: [ἢ] ἐκ <τῆς καταντικρὺ> παραβολῆς similiter ei rationi, quam proposuit Thurotus[25]). Praeterea in secundo exemplo 1420^a 1 pro τάδ' restituendum esse ταδί apparet e sequentibus καὶ τί ἂν κ. τ. λ., in quibus τάδε quae ipsius oratoris sunt, ταδί quae adversarii significat[26]). Iam comprehendo totum locum inde a 1419^b 34: λέγεται δὲ ἐξ ἀντιπαραβολῆς τοῦ ἐναντίου. παραβάλλειν[27]) δὲ ὅσα περὶ τὸ αὐτὸ ἄμφω εἶπον, εἰ μὴ καταντικρύ, <ἢ ἁπλῶς,> ἀλλ' οὗτος μὲν τάδε περὶ τούτου, ἐγὼ δὲ ταδί, καὶ διὰ ταῦτα, ἢ ἐξ εἰρωνείας, οἷον οὗτος γὰρ ταδὶ εἶπεν, ἐγὼ δὲ τάδε, καὶ τί ἂν ἐποίει, εἰ τάδε ἔδειξεν, ἀλλὰ μὴ ταδί; ἢ ἐξ ἐρωτήσεως, τί οὐ δέδεικται <ἐμοί>; οὗτος τί ἔδειξεν; ἢ δὴ οὕτως ἢ κατὰ φύσιν, ὡς ἐλέχθη, οὕτως τὰ αὐτοῦ (αὑτοῦ?) καὶ πάλιν, ἐὰν βούλῃ, χωρὶς τὰ τοῦ ἐναντίου λόγου: „Diese Recapitulation wird vorgetragen mittels Gegenüberstellung der Angaben des Gegners, und zwar indem man Alles, was Beide über denselben Gegenstand gesagt haben, einander gegenüberstellt, wenn man nicht lieber Punkt für Punkt mit einander vergleichen will, entweder einfach etwa in folgender Einkleidung: „dieser hat das hierüber gesagt, ich aber sage dies, und zwar aus folgenden Gründen" oder in ironischer Form, wie etwa: „dieser hat denn freilich dies gesagt, ich aber das, und was würde er nun machen, wenn er in Wahrheit das bewiesen hätte und nicht dies?"

---

23) Sic A^c et transl., ἢ cum ceteris codicibus editiones.

24) Scripsit enim: „si non e regione, quod ut usitatissimum primo loco ponit exemploque confirmat, ἢ ἐξ εἰρωνείας . . . ἢ ἐξ ἐρωτήσεως". Velim dixisset, cur minus e regione sint enumerata eam ob causam, quia aliam tantum formam aut ironiae aut interrogationis induunt. Contra non aberravit a sana ratione vir ingeniosus Thurotus, v. n. 25.

25) Is enim [ἢ] μὴ καταντικρύ, ἀλλὰ (1419^b 35 sq.) proxime ante κατὰ φύσιν (1420^a 4) transponenda esse opinatur, et fortasse praeferenda meae est haec coniectura, nam sic non modo servatur [ἢ] ἐκ παραβολῆς (1420^a 4) sola ἢ voce excepta, sed etiam multo planiora omnia fiunt: vera enim παραβολή reapse ea tantum est, quae singula e regione ponit, non ea, quae post altera coniuncta coniuncta altera breviter enumerat, et hoc quoque dumtaxat ἐὰν βούλῃ (1420^b 1).

26) Contrariam rationem sequitur primum exemplum.

27) An παραβάλλε?

oder endlich in Gestalt einer Frage: „was habe ich denn nicht bewiesen, und was hat dieser bewiesen?“ Entweder also recapitulirt man in dieser Weise (durch Vergleichung von Punkt für Punkt) oder nach dem natürlichen Gange so, wie die Reden gehalten wurden: man wiederholt zuerst summarisch seine ganze eigne Auseinandersetzung und dann wiederum, wenn man will, gesondert die der gegnerischen Rede“. Si autem Thurotum in transponendis [ἢ] μὴ καταντικρύ, ἀλλὰ verbis sequi mavultis, commilitones, ego non intercedo: tum habetis haec: λέγεται . . . ἄμφω εἶπον, οὗτος μὲν . . . ἔδειξεν; ἢ δὴ οὕτως [ἢ] [28]) ἐκ παραβολῆς ἢ μὴ καταντικρύ, ἀλλὰ κατὰ φύσιν . . . λόγου: „Diese Recapitulation wird vorgetragen mittels Gegenüberstellung der Angaben des Gegners, indem man Alles, was Beide gesagt haben, neben einander stellt, z. B. dieser u. s. w. Entweder also recapitulirt man in dieser Weise durch Gegenüberstellung oder nicht im Gegensatz von Punkt für Punkt, sondern nach dem natürlichen Gange u. s. w.“

Superest ut examinemus, qua ratione is, qui has disquisitiones cum ipsorum Rhetoricorum duobus libris copulavit — barbara voce brevitatis gratia redactorem eum nominare liceat „propter egestatem linguae“ — ad hoc perficiendum usus sit, cum aliter de hac re nuper iudicaverit Hugo Rabeus[29]), atque iudicatum est adhuc. Existimat enim ab hoc redactore adiecta esse quae legimus 1403^b 6—15 ἐπειδὴ τρία ἐστὶν ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τοῦ λόγου, ἓν μὲν ἐκ τίνων αἱ πίστεις ἔσονται, δεύτερον δὲ περὶ τὴν λέξιν, τρίτον δὲ πῶς χρὴ τάξαι τὰ μέρη τοῦ λόγου, περὶ μὲν τῶν πίστεων εἴρηται, καὶ ἐκ πόσων, ὅτι ἐκ τριῶν εἰσι, καὶ ταῦτα ποῖα, καὶ διὰ τί τοσαῦτα μόνα (ἢ γὰρ τῷ αὐτοί τε πεπονθέναι οἱ κρίνοντες, ἢ τῷ ποιούς τινας ὑπολαμβάνειν τοὺς λέγοντας, ἢ τῷ ἀποδεδεῖχθαι πείθονται πάντες), εἴρηται . . . τόποι· περὶ δὲ τῆς λέξεως ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν, ut Aristoteles ipse sic fere potius inceperit: οὐκ (pro οὐ γὰρ) ἀπόχρη τὸ ἔχειν ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ταῦτα ὡς δεῖ εἰπεῖν, καὶ συμβάλλεται πολλὰ πρὸς τὸ φανῆναι ποιόν τινα τὸν λόγον, v. 15—18 (at quis facile credet tam abrupto eum usum esse exordio?), nec non putat quae 13. 1414^a 28 sq. transitum parant ab elocutione ad dispositionem, περὶ μὲν οὖν τῆς λέξεως εἴρηται . . . λοιπὸν δὲ περὶ τάξεως εἰπεῖν, eiusdem demum redactoris esse additamentum: plane enim separatas esse ab ipso Aristotele de illa et de hac commentationes. At doctus iuvenis viam sibi ipse praeclusit rectam, cum verborum antecedentium 1403^a 34—^{b}2 ἐπεὶ δὲ δὴ τρία ἐστὶν ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τὸν λόγον, ὑπὲρ μὲν παραδειγμάτων καὶ γνωμῶν καὶ ἐνθυμημάτων καὶ ὅλως τῶν περὶ τὴν διάνοιαν, ὅθεν τε εὐπορήσομεν καὶ ὡς αὐτὰ λύσομεν, εἰρήσθω ἡμῖν τοσαῦτα· λοιπὸν δὲ διελθεῖν περὶ λέξεως καὶ τάξεως rationem haberet nullam[30]). De quibus Vahlenus[31]) verba fecit haec: „Diese Stelle ist, was Anfang und Schluss betrifft, nicht Ari-

---

28) ἢ utique delendum esse inde a Victori temporibus inter omnes constat.

29) De Theophrasti libris περὶ λέξεως, Bonn. 1890. p. 31—34.

30) Scribit enim de eis haec sola (p. 32. n. 1): „transitum, qui est 1403^a 34—^{b}2, non tribuo Andronico“. Sed hunc transitum factum esse ad tertium librum alligandum, hoc, opinor, etiam Rabeus nequaquam negabit: ergo si Andronicus auctor erat alligandi, auctor erat etiam huius transitus. Postquam enim iam alligatus est ille liber, non iam opus erat ullo vinculo, et nemo tam stultus esse potuit, ut nihilominus tale quid adiceret, aut si tam stultus erat, vix potuit ita ab omnibus probari ineptum eius additamentum, ut statim in omnes codices reciperetur.

31) Zur Kritik Aristotelischer Schriften (Rhet. u. Poet.), Vindob. 1861. p. 75 sq. = Sitzungsber. der phil.-hist. Cl. der Wiener Akad. XXXVIII. p. 131 sq.

stotelischen Ursprungs: der specielle Abschluss des letzten Abschnittes der κοιναὶ πίστεις ist zu einem Gesammtabschluss der beiden ersten Bücher erweitert worden, um zu gleicher Zeit das dem Plane dieser Rhetorik fern liegende dritte Buch anzufügen. Was nach Ausscheidung des zu diesem Zwecke Dienenden erübrigt, ist als echt aristotelisch zu betrachten: περὶ μὲν οὖν παραδειγμάτων καὶ γνωμῶν καὶ ἐνθυμημάτων, ὅθεν τε εὐπορήσομεν καὶ ὡς αὐτὰ λύσομεν, εἰρήσθω ἡμῖν τοσαῦτα. Denn auch die Worte καὶ ὅλως τῶν περὶ τὴν διάνοιαν, welche den zunächst an ἐνθυμήματα sich anschliessenden Relativsatz ὅθεν — λύσομεν von jenen trennen, betrachte ich, hierin abweichend von Spengel, als einen der angefügten λέξις zu Liebe gemachten Zusatz, der seinen Anlass gleich III, 1. 1404ᵃ 19 λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν ἢ διὰ τὴν διάνοιαν und in der sonst (namentlich in der Poetik) nicht seltenen Gegenüberstellung von διάνοια und λέξις finden konnte". Cum Spengelio et Vahleno consentit etiam Dielesius, nisi quod contra Spengeli sententiam, qui iam ab Aristotele tertium librum tamquam alteram partem cum ipsis Rhetoricis coniunctum esse putabat, III, 1. 1403ᵇ 6 recte servat [32]) meliorem lectionem ἐπειδή, pro qua Spengelius recepit ἐπεὶ δὲ, et ego quoque fortasse consentirem, nisi ego quoque cum omnibus his viris arbitrarer capita II, 18 inde a 1391ᵇ 24. ἐπεὶ δὲ περὶ — 26 ponenda esse ante II, 1. Quomodo vero post verba ab eis Aristoteli relicta περὶ μὲν οὖν παραδειγμάτων κ. τ. λ. proximo sequi potuerint II, 1. 1377ᵇ 16 ἐκ τίνων μὲν οὖν — 22 ἐστίν, quae vix spuria sunt, equidem non assequor. Et utut id se habet, hoc saltem credere nequeo cum Dielesio [33]) a redactore demum mutatum esse germanum horum capitum ordinem, ut simul posset commentis suis adulterare verba illa, quae sic demum fierent libri secundi ultima. Non enim verisimile mihi quidem videtur tam stultum sibi fingere redactorem, ut balistis catapultisque usus sit, ubi lenissimo remedio, in quod nemo (nisi maluit, id quod reapse maluit hic redactor, pauca ex sua ipsius fabrica adicere) incidere non potuit, qui hoc voluit, ἐπειδὴ illud, quod scripserat Aristoteles, in ἐπεὶ δὲ mutando, satis potuerit consequi quod voluit, dico tertium librum cum antecedentibus unius eiusdemque operis vinculis copulare. Nonne multo verisimilius est iam in chartis ab Aristotele relictis casu infelici confusionem istam esse exortam et iam a primo editore peripatetico mala fidelitate servatam, nisi interea potius extitit ratione nobis, ut permulta in his rebus, plane obscura? Accedit quod etiam praecedentem eiusdem capitis partem, cuius nunc clausula sunt omnia illa verba, spuriam esse satis, ut mihi quidem videtur, demonstravit Wilson [34]). Quae cum ita sint, ea omnia redactori potius impertienda esse censeo. Sive autem hoc verum est sive verior virorum illorum sententia, non simul idem ea quoque adiecit, quae Rabeus ab eo adiecta esse opinatur. Nam ut illa ἐπεὶ δὲ δὴ τρία κ. τ. λ. 1403ᵃ 34 sqq., id quod ostenderunt Spengelius et Vahlenus, inepitarum sunt plena, ita haec 1403ᵇ 6—15 nullam subeunt vituperationem, cumque ea in re cum Rabeo consentiam, quod, sicut dixi, mihi quoque haec, si ἐπεὶ δὲ pro ἐπειδὴ

32) L. l. p. 17. n. 1.

33) L. l. p. 17. n. 3: „Derselbe Redactor hat wohl auch die grosse von Spengel nachgewiesene Verschiebung im zweiten Buche verschuldet". Recte hoc negavit Rabeus p. 32. n. 1, sed cur neget, non dixit.

34) Transactions of the Oxford Philological Society 1883—1884. p. 4 sq. Cf. Susemihl. Jahresber. der class. Alterthsw. XLII. p. 38 sq.

scribatur, prorsus sufficere videantur ad tertium librum duosque priores inter se colligandos, vix puto eum, qui haec scripsit, tam fatuum esse potuisse, ut illa adderet, quae et ipsa iam sola talem continent transitum. Immo qui illa adiecit, is iam legit haec, sed legit in exordio peculiaris dissertationis, et hanc ob rem opus esse putavit additamentum suum, quamquam minime opus erat. Quamquam enim non pars ipsius artis rhetoricae, tamen corollarium eius erat haec commentatio secundum Aristotelis sententiam, itaque nihil impedit, quominus exordium ab eo plane iam idem praemissum esse statuamus, quod nunc legimus[35]), nisi quod nudum εἴρηται v. 9 adhibere non potuit, sed addidisse putandus est ἐν τοῖς περὶ ῥητορικῆς vel ἐν ἄλλοις vel certe πρότερον. Non reputavit **Rabeus** etiam in ultimo capite Rhetorica prorsus eadem ratione citari 1419 ᵇ 18 εἴρηνται (πρότερον hoc quoque loco ab Aristotele adiunctum fuisse reor) οἱ τόποι, 23 ἔκκεινται οἱ τόποι πρότερον, 27 ἔκκεινται δὲ καὶ τούτων οἱ τόποι πρότερον, non a redactore demum, sed iam ab Aristotele ipso: nequeunt enim haec e nexu sententiarum eripi. At, inquit **Rabeus**, non concinunt cum Rhetoricis verba καὶ διὰ τί τοσαῦτα μόνα (v. 10): namque hoc non ibi demonstratum est. Audio et largiri cogor, ut non factum sit expressis verbis, sed hac in re ipsa divisio iam simul continet demonstrationem: etenim in orationibus praeter ipsam rem, oratorem, audientes (vel legentes) quartum non dari apparet, ergo etiam cogitari nequeunt aliae πίστεις nisi tres illae κατ' ἀπόδειξιν, κατὰ τὰ ἤθη, κατὰ τὰ πάθη. Talia si premere volumus, saepissime corrigere cogimur ipsum philosophum: agnoscenda potius est apud eum saepissime et profecto excusanda eiusmodi neglegentia, quae rei tractatae nequaquam nocet. Cui vero nihilominus nimis displicent haec verba, ei licitum est ea sola habere pro redactoris interpolatione. At diversis verbis, si **Rabeo** credimus, similia dicuntur v. 6—18 et 18 sqq. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐζητήθη κατὰ φύσιν, ὅπερ πέφυκε πρῶτον, αὐτὰ τὰ πράγματα ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιθανόν, δεύτερον δὲ τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαθέσθαι. Sed hoc non est verum, immo antea quibus de rebus tribus oratori praecepta sint danda expositum est, contra in his verbis docemur ab antiquissimis artium scriptoribus solas πίστεις esse tractatas, a sequentibus etiam τὸ τῇ λέξει διαθέσθαι. Et quatenus verum est, nihil hac in re mutatur, sive retinemus sive delemus verba illa, quae leguntur v. 6—15. Praeterea dictionem Aristotelis totiens nimis verbosam et repetitionibus refertam esse, quotiens nimis brevem parcamque verborum hodie scimus omnes. At non potuit ipse Aristoteles ita pervertere naturalem ordinem, ut λέξιν ante τάξιν tractaret. Sed, id quod vel **Rabeus** concedere coactus est, idem fecerunt Rhetoricorum ad Alexandrum scriptor, idem Stoici, nihil igitur moranda est recedens ab eis omnibus ratio posteriorum. Una igitur relinquitur difficultas, quam omnes adhuc silentio praetermiserunt, ut laudandus profecto sit **Rabeus**, qui primus eam expressis verbis extulerit. In enuntiato enim primo v. 6 sqq. praeter πίστεις et λέξιν etiam τάξις commemoratur, contra v. 18 sqq. videtur omitti. Verumenimvero ipsi **Rabeo** num credibile videtur Aristotelem contendere voluisse de dispositione doctrinam nondum a quoquam esse tractatam? Minime gentium, nam ipse **Rabeus** provocat ad eius verba I, 1. 1354ᵇ 16 sqq. φανερὸν ὅτι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος

---

35) V. quae de hac re optime monuit **Dielesius** l. l. p. 17. n. 5, qui apte iubet comparari initium operis περὶ ζῴων γενέσεως 715ᵃ 1 sqq.

τεχνολογοῦσιν ὅσοι τἄλλα διορίζουσιν, οἷον τί δεῖ τὸ προοίμιον ἢ τὴν διήγησιν ἔχειν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων, quibus mirum in modum abutitur ad concludendum ex eis omissam esse dispositionem „utpote indignam, cui proprius locus assignaretur inter primarias rhetorices partes", plane oblitus etiam suam secundum sententiam elocutioni quoque inter ipsas rhetoricae partes non assignari locum. Praeterea v. III, 13. 1414ᵃ 37 sqq. νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως κ. τ. λ.[35b]). Ergo aliud remedium est quaerendum. Verbis δεύτερον δὲ τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαθέσθαι Aristoteles et elocutionem comprehendit et διάθεσιν sive τάξιν: non enim antea sententias ordinare solent oratores, deinde verbis exprimere, sed postquam in universum sibi excogitaverunt, quae dicere velint, accuratius ipsa verba, quibus exprimenda haec sunt, simul elaborare et ordinem horum verborum. Bene igitur Knebelius sic illa reddit: „zum Zweiten sodann wie diese in wohlgeordneter Rede darzustellen seien". Utrum nihilominus rectius dispositio, ut Rabei verbis utar, ad πραγματικὸν τόπον, non ad λεκτικὸν sit referenda, non quaerimus nunc: Aristoteli est ἔξω τοῦ πράγματος, id quod ipse dicit verbis supra citatis et ab ipso Rabeo, sicut vidimus, allatis. Quae cum ita sint, cum Brandisio[36]), Zellero[37]), Dielesio[38]) credo in operum Aristoteleorum indice apud Laertium Diogenem V, 21 sqq. ex Hermippo, non, ut nunc[39]) Dielesius[40]) cum Bernaysio et Roseo putat[41]), ex Andronico hausto ut titulo 78 τέχνης ῥητορικῆς ᾱ β̄ duos priores Rhetoricorum nostrorum libros ita titulo 87 περὶ λέξεως ᾱ β̄ tertium nostrum significari, et ita quidem significari, ut Hermippi tempore eum in duos divisum fuisse censeam, quorum prior de elocutione, posterior de dispositione commentationem continuerit: et reicio futtilem et inutilem Rabei coniecturam uberius potius opinantis Aristotelis opus nunc deperditum sub hoc titulo latere soli elocutioni dedicatum, ex quo epitome dumtaxat sit dissertatio nobis servata, sive ab ipso Aristotele in usum lectionum parata sive, id quod magis Rabeo placet, e lectionibus ab aliquo eius discipulo litteris mandata. Quis enim credit de elocutione duos ab eo scriptos fuisse libros, cum tamen ipsa ars duos tantum complectatur? Et profecto ita res est ab eo tractata in commentatione nobis tradita, ut nemo, qui sanae mentis est et reputat, quae iam Aristoteles scire, quae nondum scire potuerit, uberiora sit expectaturus. Mirum sane est, quod in catalogo anonymi Menagiani, h. e. Hesychi, quamvis ex eodem haud dubie fonte manaverit, nihilominus iam leguntur τέχνης ῥητορικῆς γ̄ (no. 70), praeterea περὶ λέξεως cum inepto[42]) additamento καθαρᾶς (no. 79). Quomodo hoc factum sit,

---

35b) Contra Isocratem haec dicta esse, cuius divisionen ipse retinuerit Aristoteles fr. 133 Rose (in ed. Lips.) in prioribus Rhetoricis suis (Theodecteis), putat Dielesius p. 12. n. 3.

36) Gr.-röm. Phil. II, 2. p. 79. n. 9.

37) L. l. II³, 2. p. 77 in nota.

38) L. l. p. 17.

39) Nam antea l. l. p. 17 Dielesius quoque scripserat „Das im letzten Grunde auf Hermippos zurückgehende Verzeichniss der Aristotelischen Bücher bei Diogenes etc."

40) Arch. f. Gesch. der Philos. I. 1888. p. 484.

41) Probo quae contra eum monet Rabeus p. 32. Quae idem profert p. 33 hoc saltem temporis momento in medio relinquo. Praeterea cf. Susemihl. Gesch. der griech. Litt. in der Alexandrinerzeit II. p. 302 sq. n. 328 et p. 304 n. 333.

42) Aliter quidem Dielesius l. l. p. 17. n. 4: „Der Zusatz καθαρᾶς stimmt wohl mit der Tendenz unseres dritten Buches, ist aber gewiss dem ursprünglichen Titel fremd", at mihi rectius videtur iudicare Ra-

nescio et ne coniectando quidem a quoquam unquam huius rei explicationem assecutum iri reor. Dielsius[43]) autem cum recte docuerit ut post Hermippum ita ante Dionysium Halicarnassensem tertium librum agglutinatum esse Rhetoricis, non minus recte Rabeus conicit auctorem huius copulationis fuisse Andronicum. Andronici egregiis meritis debita ex corona ne unum quidem folium detrahere conabor, sed peius esse vinculum illud 1403^a 34 — ^{b}2, quam quod ab eo profectum esse queat, quae est Rabei opinio, minime concedo: immo minime indignum mihi videtur viro, qui a se impetrare potuit, ut epistulas illas breves, quas Aristoteli Alexander et Alexandro Aristoteles scripsisse ferebantur, ad arcanam quandam Aristotelis doctrinam admodum fabulosa ratione spectantes pro genuinis haberet[44]). Praeterea tamen paene nulla, ni fallor, mutavit, cetera additamenta partim iam antiquioribus peripateticis videntur deberi[45]), partim Byzantinis demum grammaticis.

Nunc ut me vertam ad Politica, tertia sententiarum controversarum, quas Rabeus dissertationi suae adiunxit, est haec: „Aristotelis Politicorum editor si solam vel insigni loco codicum classem signo Π^1 notatam sequitur, prave textum constituit: eclectica ratione usus unoquoque loco Π^1 et Π^2 examinet: saepius genuina lectio in Π^2 servata est quam in Π^1". Haec contra me dicta esse apparet. Scribere soleo in eorum dumtaxat usum, qui legere sciunt, Ei autem hoc quoque sciunt, me identidem diversis locis monuisse non in politicis tantum. sed in omnibus paene Aristotelis libris ne rhetoricis quidem et psychologicis prorsus exceptis[46]), quamvis hoc dolendum sit, eclecticam crisin adhibendam esse in singulis locis omnibus et postea demum hoc labore perfecto, ubicunque aeque bonae videantur utriusque codicum familiae lectiones, eam semper praeferendam esse, quae in familia appareat

---

beus sic: „tenendum est titulum περὶ καθαρᾶς λέξεως . . . ne priori quidem parti libri III respondere, sed iis fere, quae in eius capite V exponuntur".

43) L. l. p. 24, v. Dionys. H. C. V. 25. p. 384 ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν (= 8. 1408^b 32 sqq.). Ep. ad. Amm. 8. p. 733 ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν τεχνῶν (= 10. 1410^b 36 sqq).

44) V. Susemihl. l. l. II. p. 305. n. 337. p. 580. n. 17. p. 691.

45) Recte Zeller l. l.: „Mag auch unser Buch als Ganzes von Aristoteles herrühren, so ist es doch wie die Rhetorik überhaupt auch nach Diels' Ansicht (S. 7) von Interpolationen nicht frei; und dass von diesen namentlich seine Citate betroffen werden, zeigt uns ausser den von Diels dort besprochenen Fällen (1444^a 31 1405^a 20. 1406^a 28. 1409^a 9) auch eine von mir schon II^3, 1. S. 389. A. 1 berührte Erscheinung. Vergleicht man nämlich III, 15. 1416^b 1 mit II, 23. 1398^a 4, III, 15. 1416^b 11 mit II, 23. 1399^b 28, III, 18. 1409^a 8 mit II, 23. 1398^a 15; so zeigt sich, dass in allen diesen Stellen Citate breiter ausgeführt sind, welche in den früheren Büchern in knapperer Fassung vorkommen; und ebenso verhält es sich mit den zwei Anführungen des sokratischen Worts im Menexenus. Hat es nun auch an sich nichts Anstössiges, wenn unter den massenhaften Citaten der Rhetorik eine mässige Anzahl in der Schrift π. λέξεως (Rhet. B. III) wiederkehrt, zumal da Aristoteles überhaupt manche stehende Beispiele hat (Diels S. 18), so bedarf doch der Umstand einer Erklärung, dass bei allen diesen Wiederholungen B. III eine so viel breitere Fassung darbietet, und hiefür scheint mir die Annahme, dass der Verfasser in diesem weniger reife und vorgebildete Zuhörer voraussetze, nicht auszureichen. Denn da unser drittes Buch nur eine Ergänzung von den zwei Büchern der ursprünglichen Rhetorik ist, so muss es auch fur Leser der gleichen Art, wie sie, bestimmt sein. Ich glaube vielmehr in den Erweiterungen der Citate die Hand eines (wie ich vermuthe, schon den ersten Generationen nach Aristoteles angehörigen) Interpolators zu erkennen, der seine Vorlage für den Zweck des Unterrichts zu verdeutlichen suchte". — Ceterum etiam 19. 1419^b 19 verba πόθεν — φαύλους recte Vatero suspecta videri credo cum F. A. Wolfio.

46) Gaudeo, quod hoc probavit nunc etiam Wilamowitzius Eurip. Herakl. I. p. 252 sq.: „physik, leider selbst rhetorik".

saepius antea probata. Hanc in Politicis esse non, id quod mihi visum est, Π^1, sed Π^2 plures iam homines docti contenderunt, sed accuratius demonstrare adhuc conatus est nemo praeter Newmanum[47]). Nam Heylbutius[48]) quoque contendit, non demonstravit, id quod satis iam a me[49]) ostentum esse puto. Newmano autem vel alio loco vel in altera harum quaestionum particula respondebo, quam, si Deus vult, offeram vobis post duodecim menses. Unum iam hoc loco adicio: sententiam illam meam de crisi eclectica in operibus Aristoteleis cum firmiter teneam, a Bywatero reor in nova editione Ethicorum Nicomacheorum minime contemnenda[50]) multo saepius, quam iustum est, K^b solius optimi codicis scripturas in textu esse positas. Minime enim est tanti pretii hic liber quanti A^c in Poeticis et Rhetoricis et E in Psychologicis. Ego cum Ethica Nicomachea ederem, nondum potui Aspasi commentariis uti, potuit Bywater recteque recepit permultas lectiones et eis et K^b codici communes, tametsi haud paucas earum quoque, de quibus hoc valet, ipse reicere coactus est. Qui igitur me audire vult, is, nisi lingua impedit aut certe dissuadet vel sententia vel utraque, ubicunque duo isti fontes idem praebent nec non ubicunque per libros II. VI. VII. IX. X (de libro I dubito) M^b, per libros III. IV. VIII O^b, per librum V L^b cum K^b congruunt, has scripturas amplectetur, solum vero K^b codicem ibi tantum sequetur, ubi res ipsa hoc commendat aut usus loquendi Aristoteleus aut et hic et illa, contra ubi aeque defendi possunt ceterorum fontium lectiones, has retinere certius esse credet.

Sed haec hactenus: de nonnullis nunc Politicorum locis agam. Recte nuperrime monuit Petrus Meyer[51]) ab Aristotele, quamvis distinguat πολιτείαν et νόμους, nihilominus etiam eum νομοθέτην vocari, qui novam condiderit πολιτείαν. Sed errat, cum inde defendi posse alteram partem existimet capitis, quod ultimum locum habet in libro secundo, 1274^a 22 — ^{b}26. Errat eo magis, quo ipse minus potest negare spuria esse 1274^b 9 — 15 Φαλέου — ἄχρηστον et forsitan etiam 1274^a 32 — ^{b}2 ἦν — Φιλόλαος et 1274^b 23 — 26 ἐγένετο — ἄν: certe mihi quidem satius videtur continuam enumerationem prorsus damnare, si maior eius pars propter variorum generum ineptias damnandus est, quam eiecta illa minorem defendere, quippe quae non tantis vitiis scateat[51b]). Praeterea nonne etiam quae 1274^a 25 — 31 leguntur, πειρῶνται — τῶν χρόνων ἔχοντες, nihil continent, quod ad rem propositam pertineat? nonne mirum est etiam Zaleucum et Charondam afferri 1274^a 22 — 25, deinde vero, postquam intermixta est longa illa de Philolao Corinthio narratio, 1274^a 31 — ^{b}5, de Charondae tantum legibus agi 1274^b 5—9, eas vero, quas dedit Zaleucus, silentio praeteriri? Errat Meyer, cum rationem non habuerit verborum 1273^b 30 sqq. ἔνιοι δὲ νομοθέται γεγόνασιν . . . καὶ τούτων οἳ μὲν ἐγένοντο δημιουργοὶ νόμων (vel, si Π^2 familiam sequi malumus, νόμων ἐγένοντο δημιουργοὶ μόνον), οἳ δὲ καὶ πολιτείας,

---

47) The Politics of Aristotle, Oxon. 1887.

48) Mus. Rhen. XLII. 1887. p. 102—110.

49) Annal. philol. CXXXIII. 1887. p. 801 — 805. Error tamen admodum reprehendendus est, quod ibi p. 804 scripsi: „Heylbut äussert sich über das Alter (des vatik. Palimpsest) nicht näher etc."

50) Oxon. 1890.

51) Des Aristoteles Politik und die Ἀθηναίων πολιτεία, Bonn. 1891. p. 13—28.

51b) Non prorsus eadem quidem, sed similia tamen cadunt etiam in locum supra mihi tractatum Rhet. II, 26. 1403^a 34 sqq.

οἷον καὶ Λυκοῦργος καὶ Σόλων· οὗτοι γὰρ καὶ νόμους καὶ πολιτείας κατέστησαν. περὶ μὲν οὖν τῆς Λακεδαιμονίων εἴρηται, Σόλωνα δ' ἔνιοι κ. τ. λ. In quibus postquam duo inter se discreta sunt legislatorum genera, eorum, qui leges tantum fecerunt, et eorum, qui ipsam quoque formam reipublicae mutaverunt, non illi, sed recte hi soli tractantur, Lycurgus et Solon, vel potius, cum de Lycurgo iam antea satis actum sit, solus Solon. Dico recte, quia in toto hoc libro nihil aliud vult philosophus nisi critice perlustrare eas reipublicae formas, quae optimae esse ferebantur, non leges. Iam igitur sequentia 1214ᵃ 22 sqq. cum sic incipiant: νομοθέται δ' ἐγένοντο, non potuerunt scribi ab ipso Aristotele, si νομοθέται vox artiore sensu adhibita, id quod vero proximum est, eis, qui hucusque tractati sunt, Soloni et similibus, eos opponit, qui leges tantum, non novam quoque civitatis formam constituerunt. Sin vero hoc quoque loco ambo genera comprehendit, tota haec altera particula eo tantum consilio potuit ab illo ipso adici, ut enumerarentur quidem clari nonnulli legumlatores, sed simul moneretur eis non posse locum dari in hac dissertatione, quia non fuissent novae politiae conditores. Fit hoc in Dracone et in Pittaco, sed fieri debebat etiam in Zaleuco, Charonda, Philolao, Androdama, ut de Platone et Phalea taceam, qui utique huc non pertinent. An putat Meyer Zaleucum saltem et Charondam mutasse etiam formam reipublicae administrandae? At tum aut examinandum erat, quid praestitissent hac in re, vel certe dicendum hoc non tanti momenti esse, ut dignum sit, quod accuratius examinetur. Denique incommodas etiam Meyero formas accusativi et genetivi Θάλητα et Θάλητος a scriptore ad librarios cum Meyero transferre remedium est propter ipsam facilitatem, qua ubi libet adhiberi potest, admodum periculosum. Quae cum ita sint, ut olim cum Boiesenio feci, sic nunc quoque facio: priorem huius capitis partem sine ulla dubitatione ipsi Aristoteli tribuo, posteriorem ut permulta alia et in politicis et in ceteris operibus Aristoteleis homini nescio cui docto e familia peripateticorum antiquiorum.

Ipse autem erravi in constituendo loco III, 3. 1276ᵃ 8—16. Etiamsi enim ea, quae protulerunt qui adhuc mihi oblocuti erant, non erant ita comparata, ut meliora me possent docere, nunc tamen recta interpunctione restituta et una voce deleta hoc fecit amicus meus Conradus Niemeyer[52]). Una in re ab eo dissentio hac, quod v. 15 servare vult ταύτης prius: dissentio, quia non id hoc loco quaeritur, anne actiones tyranni vel oligarchiae actiones sint huius eiusdem civitatis, sed utrum omnino civitatis sint actiones an potius tyranni vel factionis oligarchicae, a quibus vis facta fuerit civitati, πόθ' ἡ πόλις ἔπραξε καὶ πότε οὐχ ἡ πόλις v. 8 sq., ὡς οὐ τῆς πόλεως ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντος v. 11, ὡς ἐνίας τῶν πολιτειῶν τῷ κρατεῖν οὔσας κ. τ. λ. v. 12 sq. Ceteroqui se recte habent omnia sic: ἀποροῦσι γάρ τινες πόθ' ἡ πόλις ἔπραξε καὶ πότε οὐχ ἡ πόλις, οἷον ὅταν ἐξ ὀλιγαρχίας ἢ τυραννίδος γένηται δημοκρατία (τότε γὰρ οὔτε τὰ συμβόλαια ἔνιοι βούλονται διαλύειν, ὡς οὐ τῆς πόλεως ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντος, οὔτ' ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων, ὡς ἐνίας τῶν πολιτειῶν τῷ κρατεῖν οὔσας, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον)· εἴπερ οὖν [καὶ] δημοκρατοῦντα τινες τὸν τρόπον τοῦτον, ὁμοίως τῆς πόλεως φατέον εἶναι [ταύτης][53]) τὰς τῆς πολιτείας ταύτης πράξεις καὶ τὰς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας καὶ τῆς τυραννίδος;

---

52) Zu Aristoteles Ἀθηναίων πολιτεία, Ann philol. CXLIII. 1891. p. 412 sqq.
53) Recte seclusit Thurotus.

ἔοικε κ. τ. λ. Nam τοῦτον τὸν τρόπον significat hoc: „si forma democratica utuntur, postquam antea fuit oligarchia aut tyrannis = ὅταν ἐξ ὀλιγαρχίας ἢ τυραννίδος γένηται δημοκρατία v. 9 sq. Rectius quidem scripsisset Aristoteles v. 15 sq. τὰς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας ἢ τῆς τυραννίδος καὶ τὰς τῆς πολιτείας ταύτης, sed omnes hodie scimus tales permutationes apud eum tam frequentes esse, ut exempla colligere sit ululas Athenas portare.

Magis dubius sum, anne recte Niemeyer paulo post 1276^a 26 cum Schneidero τὴν velit expellere, verum de hac re non disputo nunc, alio fortasse tempore disputabo. Nunc paucos potius alios locos in editionibus meis corrigam. In eodem libro[54]) III, 10. 1281^a 15 sqq. sic distinguere verba debebam: τοῦτ' οὐκ ἄδικόν ἐστιν, ἔδοξε γὰρ νὴ Δία τῷ κυρίῳ δικαίως· τὴν οὖν κ. τ. λ. et 17. 1288^a 13 sic: πλῆθος πολεμικὸν δυνάμενον, quamquam, si verum vidit Hayduckius, recta interpunctio reapse haec est: ἦθος πολεμικόν, δυνάμενον.

Complures suas coniecturas mecum communicavit Niemeyer, quas partim veras partim dignas saltem habeo, quae divulgentur, cumque ille mihi hoc permiserit, breviter eas vobiscum communicabo: accuratiorem de eis dissertationem, quoad omnino ea opus est, item differam in aliud tempus.

VI (IV), 4. 1290^b 3—6 καὶ γὰρ ἂν — μεγάλων melius collocari ante 1290^b 40—^{b}3 μᾶλλον — ὀλίγοι recte intellexit Niemeyer: at tolerari possunt etiam ubi nunc leguntur, praesertim cum peripateticus quoque is, qui has huius libri partes scripsit (nam vix Aristotelis sunt) eadem fortasse ratione usus sit, qua saepius ipse Stagirita[55]), ut postea demum forsitan haec adiecerit minus idoneo loco.

---

54) Nescio an 6. 1278^b 41 conicere debeam καὶ <κατό>.

55) Nonnulla huius generis exempla attulit Dielesius p. 10. n. 1. Erravit tamen de Eth. Nic. I, 4. 1096^b 5—7: non enim haec, sed proxime antecedentia ἀπορήσειε — ἐφημέρου 1096^a 33—^{b}5 postea adiecta sunt ab Aristotele, et adiecta quidem sunt ad 1096^a 16 sq., v. Susemihl. l. l. p. 14. n. 14. Haud recte Rassovius in Mus. Rhen. XLIII 1888 p. 587 de his refert haec: „Susemihl sieht die Stelle als eine Einschaltung des Herausgebers an und klammert sie ein". Feci quidem hoc in priore impresso, sed iam ibi in Addendis p. 246 monui haec: „1096^a 34—^{b} 5. *ἀπορήσειε — ἐφημέρου*, quae iam legit Eudemus 1218^a 8—15, asteriscis sic melius quam uncis circumscripsissem: videntur enim ab ipso potius Aristotele ad v. 16 sq. in margine esse adiecta". Et sic a me factum est, cum editio mea iterum imprimeretur. Huic autem rationi minime repugnare id, quod animadvertit Rassovius, dico haec respici in verbis 1096^b 33 ἢ χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτό, satis liquet: immo nihil inde sequitur nisi ista quoque verba postea esse ab Aristotele adiecta. Omnia haec si tenemus, non opus est, id quod voluit Rassovius Mus. Rhen. XL. 1885. p. 314 sq., additamentum illud sic: οὐδὲ <τὸ αὐτοαγαθὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν> ᾗ ἀγαθόν (1096^b 4) vel similiter sarcire, sed nullo eget sartore, nullo medico. Et faciamus Aristotelem ita scripsisse, nihilominus etiam sic restituta verba pervertunt, perverterentque etiam tum ut tradita sunt tum ut restaurare ea voluit Rassovius, si post 1096^b 7 δοκεῖ traicerentur, dispositionem bonae artis plenissimam totius huius capitis, quam egregie explanavit Noetelius in Ann. philol. CXIX. 1879. p. 25 sqq. Noeteli argumentationes refutare debebat Rassovius, si poterat, at vix poterit quisquam. Similiter Rassovius si satis defendere voluit genuinam originem capitis Ethicorum Nicomacheorum II, 7, l. l. XLIII. p. 589 refutare debuit, non silentio praeterire gravissima argumenta D. B. Monronis (Journ. of Philol. VII. 1876. p. 185 sqq.), at iterum vereor, ut queant refutari. Gravissimum eorum hoc loco haud abs re erit repetere. Prorsus inepta est ratio, qua hoc caput agglutinatur: δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἁρμόττειν. ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κενώτεροί εἰσιν, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι· περὶ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις, δέον δὴ (δ' aut δὲ fontes) ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν. Nam non solum generatim, verum etiam specialiter non ethica tantummodo et politica, sed omnes disciplinae tractandae sunt, deinde hoc non fit hoc conspectu, sed etiam sine eo per librum III inde a capite nono et per libros IV et V, neque tamen hae dissertationes speciales magis sunt πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα quam generalis eas praecedens: immo confundit interpolator inter se specialia et sin-

VII (VI), 7. 1321ᵃ 30 τοὺς ἐν τῷ pro τῶν ἐν τῷ proposuit mihi amicus, tamque certa mihi videtur haec emendatio, ut ne indigeat quidem commendatione et confirmatione. Nec minus in promptu est, cur 8. 1322ᵃ 11. 12. 14 τὰ τῶν ἕνων — τὰ τῶν ἐνεστώτων — τὰ παρὰ — τὰ δὲ παρὰ requirat: ego hanc coniecturam in ipsa quidem verba non reciperem, si nova mihi paranda esset editio, sed in notis eam satis probabilem videri monerem. Optime 1322ᵃ 19 vidit pro διήρηται contrarium verbum desiderari, velut συνῆκται: non enim ego satis sustuli scrupulum, cum secluderem exemplum v. 20 οἷον Ἀθήνησιν <ἡ> τῶν ἕνδεκα καλουμένων. Locus igitur laborat graviore corruptela, quam ut accuratius cognosci a nobis queat eius natura.

VIII (V), 1. 1301ᵇ 30 λέγω — 35 spuria esse suspicatur Niemeyer: res sane est difficilis diiudicatu. Contra recte ab eo 2. 1302ᵇ 8 reponi αὐτοὺς pro ἀλλήλους, si quid sapio, vix quisquam negabit. Denique quod 11. 1313ᵇ 19 dubitanter pro corrupto φυλακὴ conicit φιλεταιρία, certe melior est hic emendandi conatus quam priores omnes.

Poeticorum unum tantum locum paucis tractabo. Ex interpretationis enim Syriacae translatione Arabica etiam nunc haud ita raro restitui posse lectiones codicis Graeci (Σ) Aᶜ nostro multo antiquioris, quo Syrus usus est, docuit nos Margoliouthus[56]). Unde locum male a me editum 1. 1447ᵃ 21 — ᵇ2 nunc melius edam varias lectiones ex Σ et Aᶜ suppositurus:

ἅπασαι μὲν ποιοῦνται
τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ, το'τοις δ'
ἢ χωρὶς ἢ μεμιγμένοις, οἷον ἁρμονίᾳ μὲν καὶ ῥυθμῷ χρώ-
μεναι μόνον ἥ τε αὐλητικὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ κἂν εἴ τινες
ἕτεραι τυγχάνουσιν οὖσαι τοιαῦται τὴν δύναμιν, οἷον ἡ τῶν
συρίγγων, αὐτῷ δὲ τῷ ῥυθμῷ χωρὶς ἁρμονίας
ἡ τῶν ὀρχηστῶν (καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τῶν σχηματιζομένων
ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις), ἡ δὲ
μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς ἢ τοῖς μέτροις, καὶ τούτοις
1447ᵇ εἴτε μιγνῦσα μετ' ἀλλήλων εἴθ' ἑνί τινι γένει χρωμένη
8 τῶν μέτρων, ἀνώνυμος τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν.

---

gula, τὰ κατὰ μέρος et τὰ καθ' ἕκαστα, detorquetque quae revera docet Aristoteles, dico in rebus moralibus non posse dari praecepta, quae ad singulos omnes quadrent, ergo maioris esse momenti quam omnia illa praecepta, ut unusquisque se ipse observet: virtus ex Aristotelis sententia non in medio stat secundum rem (μεσότητι τῇ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα), sed in medio secundum unam quamque personam (μεσότητι τῇ πρὸς ἡμᾶς): idem discrimen est, quod nos exprimere solemus terminis „objectiv" et „subjectiv". Repetam etiam novum argumentum a me iam alio loco (Verhh. der 35. = Stettiner Philologenvers., Lips. 1881. p. 40. n. 95) additum. Confusa notio μεσοτήτων παθητικῶν, ut Eudemus, sive μεσοτήτων ἐν τοῖς πάθεσιν, ut hic scriptor 1108ᵇ, 30 sq. eas appellat, ab Aristotele aliena est: ei est potius pars ipsarum virtutum moralium non κατὰ πάθη καὶ πράξεις neque κατὰ πράξεις solas, sed κατὰ πάθη sola, v. III, 9. 13. IV, 11. 1115ᵃ 6 sqq. 1117ᵇ 24 sqq. 1125ᵇ 26. Provocat Rassovius ad tabulam moralium virtutum in Eth. Eud. II, 3. 1220ᵇ 36 sqq., at fortasse e contrario in hanc tabulam idem cadit, quod in illud caput: tam multa sunt in ea, quae nos offendant, ut certe sic non ab Eudemo, fortasse omnino non ab eo scripta sit. Ab usu loquendi Aristoteleo abhorrere videtur δέον 1107ᵃ 32 pro δεῖ vel δέον ἐστί, v. Bonitz. Ind. Ar. 168ᵃ 50 sqq., qui frustra tentat hunc locum.

56) Analecta orientalia ad Poeticam Aristoteleam, Lond. 1887.

21. μὲν ποιοῦνται] ποιοῦνται μὲν? Susem. || 25. τυγχάνουσιν A^c et fort. Σ || τοιαῦται add. Σ || τῷ αὐτῷ δὲ ῥυθμῷ Σ, αὐτῷ δὲ τῷ ῥυθμῷ μιμοῦνται A^c, μιμοῦνται delendum esse coniecerat Spengel || 27. ἡ] οἱ A^c || ὀρχηστρῶν Σ || 29. ἐποποιία ante μόνον add. A^c || ἢ ψιλοῖς τοῖς vel ἢ τοῖς ψιλοῖς ci. Vahlen || 1147^b 9. ἀνώνυμος (ut coniecerat Bernays) add. Σ.

Eo tamen magis puto recte mihi edita esse verba sequentia, quae item nunc repetam:

1447^b οὐδὲν γὰρ ἂν
10 ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν τοὺς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μί-
μους καὶ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους οὐδὲ εἴ τις διὰ τριμέτρων <ἢ
ἑξαμέτρων> ἢ ἐλεγείων ἢ τῶν ἄλλων τινῶν τῶν τοιούτων ποιοῖ-
20 το τὴν μίμησιν, ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων
[ποιοῖτο τὴν μίμησιν], καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον
13 [μικτὴν ῥαψῳδίαν] ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων. πλὴν οἱ
ἄνθρωποί γε συνάπτοντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν ἐλεγειοποι-
οὺς τοὺς δὲ ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν, οὐχ ὡς κατὰ τὴν μίμη-
15 σιν ποιητὰς ἀλλὰ κοινῇ κατὰ τὸ μέτρον προσαγορεύοντες.
καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν ἢ φυσικόν τι διὰ τῶν μέτρων ἐκφέ-
ρωσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν. οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμή-
ρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πλὴν τὸ μέτρον· διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δί-
22 καιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητὴν [καὶ ποι-
ητὴν] προσαγορευτέον.

11 ἢ ἑξαμέτρων nunc add. Susem., similiter antea Susem. et Ueberweg || 20. ὁμοίως — 22. μέτρων ante 13. πλὴν οἱ tri. Susem. || 21. ποιοῖτο τὴν μίμησιν secl. Susem. || 22. μικτὴν om. Σ, μικτὴν ῥαψῳδίαν secl. Tyrwhitt || 14. κατὰ τὴν cod. Guelpherb., τὴν κατὰ A^c || 16. φυσικὸν Σ (coniecerat Heinsius), μουσικὸν A^c || 22. καὶ ποιητὴν secl. Susem., καί<τοι> ποιητὴν transpositione mea repudiata perperam nuper (eodem tempore cum Gomperzio) ci. amicus meus Rassovius, qui ne inspexisse quidem videtur editionem meam neque legisse quae de hac re scripsi Ann. philol. CV. 1872. p. 323 sq. Jahresber. XVII. p. 284 sq. n. 58, certe ea non reputavit.

Sic enim confirmatur (γὰρ 1447^b 9) illud ἀνώνυμος τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν et sic tantum, si omnes huiusmodi poeseos species enumerantur, etiam hexametrica (et haec quidem inprimis!) et mixta e diversis versibus, et sic tantum intellegimus, quomodo orta sint v. 22 sq. καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον nunc ullo cum praecedentibus nexu orbata: omissa erant verba 13–19 πλὴν — μᾶλλον, postea in margine addita et per errorem quidem una cum proximis duobus ἢ ποιητὴν in archetypo antiquiore, unde in textu reposita quidem sunt, sed novum per errorem falso loco in apographo eius paulo recentiore, quod et Σ et A^c codicum iam erat archetypus. Sua in sede sic manserant ἢ ποιητὴν προσαγορευτέον, sed eo facilius postea potuit in eis ἢ in καὶ corrumpi. Praeterea sic quidem opus erat, ut species saltem existeret grammaticae constructionis, in v. 21 e v. 12 repetere ποιοῖτο τὴν μίμησιν. Mihi haec videntur extra ullam dubitationem posita, quamquam frustra adhuc ea exposui aliis locis et confirmare studui, nec nunc quidem spero meliora: pergent nostri temporis viri docti sine dubio rationes a me allatas silentio praetermittere et locum corruptum etiam magis corrumpere vanis coniecturis aut tradita defendere exquisitis artificiis: ego rem permitto posteritati: tandem aliquando vincet veritas. Non soleo tam confidenter loqui (bene enim scio, quam saepe non modo ipse erraverim, sed etiam viri me multo prudentiores), attamen hoc loco ipsa res id postulat.

I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

D. VICTOR SCHULTZE, P. P. O. DEC.

I) Publice exercitationes archaeologicas de architectura sacra moderabitur hor. def. — II) Privatim historiam ecclesiae recentiorem tradet quinquiens p. h. hor. IX.

D. OTTO ZOECKLER, P. P. O.

I) Publice exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur d. Lun. h. VI et VII. — Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam theologicam docebit dieb. Lun., Iov. Ven. hor. VIII, 2) historiam aetatis apostolicae tradet dieb. Mart. Merc. Sat. hor. VIII; 3) symbolicen christianam docebit quinquiens p. h. hor. IX.

D. H. CREMER, P. P. O.,

I) Publice 1) seminarii theologici exercitationes ad theologiam dogmaticam pertinentes moderari perget d. Mart. hor. VI et VII; 2) seminarii homiletici praeparatorii sodalibus praeerit d. Ven. hor. VI et VII; 3) doctrinae de generis humani societate christianae fundamenta illustrabit d. Sat. hor. X. — II) Privatim 1) ethicen christianam tractabit sexiens p. h. hor. XI; 2) Pauli ad Romanos epistolam interpretabitur quinquiens p. h. hor. X.

D. AD. SCHLATTER, P. P. O.

I) Publice seminarii theologici exercitationes ad Novum Testamentum pertinentes moderari perget die Iov. hor. VI. — II) Privatim 1) Matthaei evangelium interpretabitur quinquiens p. h. hor. X; 2) Theologiae dogmaticae partem priorem tradet sexiens p. h. hor. VIII.

D. M. DE NATHUSIUS, P. P. O.

I) Publice 1) seminarii catechetici exercitationes in instituto theologico-practico moderabitur die Iov. hor. VI et VII; 2) homiletici sem. die Lun. hor. VI et VII; 3) exercitationes theologico-pastorales die Merc. VI et VII; 4) quomodo dies dominica in ecclesia celebrata sit, enarrabit die Sat. hor. IX. — II) Privatim 1) theologiae practicae partem priorem (i. e. doctrinam de ecclesia constituenda ac regenda et theologiam pastoralem) tradet quinquiens p. h. hor. XII; 2) pericopas evangelicas interpretabitur die Mart. et Ven. hor. VII.

D. FR. BAETHGEN, P. P. O.

I) Publice seminarii theologici exercitationes ad Vetus Testamentum spectantes moderabitur die Merc. hor. VI. — II) Privatim 1) Genesin interpretabitur quinquiens p. h. hor. XI; 2) librum Isaiae prophetae interpretabitur quinquiens p. h. hor. XII.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

D. F. GIESEBRECHT, P. P. E.

I) Publice exercitationibus ad Hebraeam linguam spectantibus praeesse perget die Merc. hor. VI. — II) Privatim introductionem in libros Veteris Testamenti tradet p. h. hor. XII.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

LIC. I. DALMER, PRIV. DOC.

I) Publice exercitationes ad interpretationem Novi Testamenti spectantes moderabitur hor. def. — II) Privatim introductionem in libros Novi Testamenti tradet quinquiens p. h. hor. XI.

LIC. E. SCHAEDER, PRIV. DOC.

I) Publice exercitationes ad theologiam dogmaticam spectantes moderabitur die Mart. hor. VI et VII. — II) Privatim epistolas quas vocant catholicas interpretabitur ter p. h. hor. def.

LIC. DR. FR. BOSSE, PRIV. DOC.

I) Publice exercitationibus ad historiam ecclesiasticam spectantibus praeerit die Lun. hor. VI et VII. — II) Privatim quae saeculis XIV et XV ad reformandam ecclesiam ubique instituta sint, docebit bis hor. def.

II. SCHOLAE IURECONSULTORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. F. STOERK, P. P. O., DEC.

I) Privatim 1) encyclopaediam iuris tractabit ter p. h.; 2) historiam imperii et iuris Germanici quater p. h.; 3) ius quod est inter gentes ita exponet, ut etiam ius publicum maritimum simul tractetur ter p. h.; 4) conversatorium et examinatorium de iure publico instituet d. Mart. hor. III et IV. — II) Privatissime sed gratis exercitationes de iure publico cum provectioribus commilitonibus habendas moderabitur hor. def.

DR. C. F. W. H. HAEBERLIN, P. P. O.

Privatim 1) ius publicum Germanicum dieb. Lun. Mart. Iov. hor. XI; 2) ius administrationis dieb. Merc. Ven. Sat. hor. XI docebit.

D. Dr. E. R. BIERLING, p. p. o.

I) Publice de processus criminalis apud Germanos historia disseret die Lun. hor. VI. — II) Privatim processum criminalem docebit dieb. Merc. et Sat. hor. V et VI.

Dr. GUST. PESCATORE, p. p. o.

I) Privatissime sed gratis in seminario iuridico digestorum titulum interpretandum proponet semel p. h. — II) Privatim 1) institutiones et historiam iuris Romani docebit septies p. h.; 2) processum civilem Romanum tradet bis p. h.; 3) conversatorium pandectarum una cum Stampe prof. instituet bis p. h.

Dr. I. WEISMANN, p. p. o.

I) Privatim 1) processum civilem docebit, quinquiens p. h. hor. XI; 2) ius criminale tractabit, quinquiens p. h. hor. X; 3) conversatorium iuris et processus criminalis habebit, semel p. h. hor. III et IV. — II) Privatissime sed gratis in seminario iuridico de sententiis summi iudicii imperii Germanici disseret, semel p. h. hor. XI.

Dr. PHILIPP. HECK, p. p. o.

I) Privatim 1) ius Germanicum privatum tradet sexies hor. XII; 2) conversatorium iuris commercialis instituet d. Ven. hor. V et VI. — II) Privatissime sed gratis in seminario iuridico fontes iuris Germanici interpretandos proponet semel p. h.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

Dr. ERNESTUS STAMPE, p. p. e.

I) Publice in seminario iuridico iuris Borussici de obligationibus doctrinam explicabit semel p h. hor. VIII. — II) Privatim 1) pandectarum tertiam partem tradet ter p. h. hor. VIII; 2) ius privatum Borussicum docebit quater p. h. hor. IX; 3) conversatorium pandectarum una cum Pescatore prof. instituet bis p. h.

3) PRIVATIM DOCENTIS.

Prof. Dr. R. MEDEM, priv. doc.

Privatim 1) ius criminale quater p. h.; 2) processum criminalem ter p. h. docebit.

III. SCHOLAE MEDICORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. F. LOEFFLER, p. p. o., dec.

I) Publice disputationes hygienicas instituet die Lun. hor. V. — II) Privatim 1) hygienes partem alteram docebit dieb. Mart. Merc. Iov. hor. IV; 2) exercitationes practicas in laboratorio hygienico moderabitur hor. def.

Dr. H. C. A. PERNICE, p. p. o.

I) Publice morborum mulierum partem alteram tradet die Lun. hor. IV. — II) Privatim 1) theoriam artis obstetriciae docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII; 2) exercitationes clinicas et policlinicas gynaecol. moderabitur dieb. Lun. Merc. Sat. hor. XII, ceter. dieb. hor. VIII.

Dr. F. MOSLER, p. p. o.

I) Publice clinicas relationes moderabitur semel p. h. hor. VI. – II) Privatim 1) de diagnostice physica una cum Prof. Peiper aget quater p. h.; 2) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. IX usque ad horam X et dimid., reliquis diebus inde ab hora X usque ad hor. XI.

Dr. L. LANDOIS, p. p. o.

I) Publice exercitationes physiologicas eorum commilitonum, qui in his rebus iam magis eruditi sunt, moderabitur hor. def. — II) Privatim 1) physiologiae experimentalis partem alteram docebit cotidie hor. XI; 2) historiam generationis et evolutionis enarrabit dieb. Iov. Ven. Sat. hor. IX; 3) practicum physiologicum demonstrationes in instituto instituendas adiecturus moderabitur sexiens hor. def.

Dr. R. SCHIRMER, p. p. o.

I) Publice de morbis palpebrarum et organorum lacrimalium disseret die Merc. hor. VII. — II) Privatim 1) ophthalmiatricen tradet dieb. Lun. Mart Iov. Ven. hor. III et die Sat. hor. VII; 2) exercitationes clinicas ophthalmiatricas instituet dieb. Merc. et Sat. hor. III; hominesque oculorum morbis affectos extraneos monstrabit cotidie hor. XII.

Dr. HUGO SCHULZ, p. p. o.

I) Publice exercitationes pharmacologicas commilitonum iamiam eruditiorum moderabitur cotidie. — II) Privatim 1) pharmacologiae partem alteram nec non artem medicamenta rite recipiendi tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. IV; 2) practicum therapeuticum habebit dieb. Lun. et Iov. hor VIII; 3) balneologiam et balneotherapiam tradet die Ven. hor. IV; 4) exercitationes chemicas ad materiam medicam spectantes moderabitur dieb. Mart. Ven. hor. V—VII.

Dr. F. SOMMER, p. p. o.

I) Publice capita selecta anatomiae corporis humani tractabit die Ven. hor. X. -- II) Privatim anatomiae systematicae corporis h. partem alteram tradet quater p. h. hor. X.

Dr. H. HELFERICH, p. p. o.

I) Publice disputationes chirurgicas instituet die Ven. hor. V. — II) Privatim 1) exercitationibus operationum chirurgicarum in cadavere insti-

tuendis praeerit cotidie hor. VII et VIII; 2) exercitationes clinicas et policlinicas chirurgicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. X et dimid., reliquis dieb. ab hor. XI usque ad hor. XII.

Dr. P. GRAWITZ, p. p. o.

I) Publice de secandi arte exercitationes instituet bis p. h. — II) Privatim 1) anatomiam pathologicam tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. VII; 2) cursum de anatomia et histologia pathologica practicum et demonstrativum instituet die Merc. et Sat. hor. VIII et IX , die Mart. et Ven. inde ab h. XII usque ad hor. I c. dim.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. C. EICHSTEDT, p. p. e.

1) Publice de morbis syphiliticis demonstrationes practicas additurus disseret dieb. Lun. et Iov. hor. II. — II) Privatim de morbis cutaneis item demonstrationes practicas adiuncturus aget diebus Mart. et Ven. hor. II.

Dr. RUD. ARNDT, p. p. e.

I) Publice de statibus et morbis hominis degenerati tractabit bis p. hebd. — II) Privatim exercitationes clinicas psychiatricas instituet dieb. Lun. Mart. Ven. Sat. hor. VIII.

Dr. P. KRABLER, p. p. e.

Privatim 1) paediatricen docebit demonstrationes practicas adiuncturus dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII; 2) diagnosticen physicam docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hor. III.

Dr. BERNH. SOLGER, p. p e.

I) Publice de anatomia organorum sensuum disseret semel p. hebd. hor. def. — II) Privatim 1) osteologiam et syndesmologiam docebit d. Lun. hor. VII et hor. IV; 2) de anatomia cranii animalium vertebratorum et varietatum generis humani nec non de aliis signis anthropologicis disseret d. Sat. hor. VII; 3) exercitationibus microscopicis utriusque coetus praeerit adiuvante Dre. Ballowitz quater p. hebd., alterius dieb. Mart. et Iov., alterius dieb. Merc. et Ven. ab hor. VII usque ad hor. IX. — III) Privatissime exercitationes embryologicas eorum commilitonum, qui in his rebus iam magis eruditi sunt, moderabitur sexiens hor. def.

Dr. F. de PREUSCHEN, p. p. e.

I) Publice diagnosticen obstetriciam docebit die Merc. hor. II. — II) Privatim 1) operationes obstetricias moderabitur exercitationibusque in phantomate instituendis praeerit dieb. Lun. et Iov. hor. II; 2) de morbis mulierum disseret dieb. Mart. et Ven. hor. II.

Dr. O. BEUMER, p. p. e.

Privatim de medicina forensi disseret ter p. hebd. hor. def.

Dr. P. STRUEBING, p. p. e.

I) Publice homines narium et laryngis morbis affectos extraneos monstrabit ter p. h. hor. XII. — II) Privatim 1) de morbis laryngis disseret dieb. Mart. et Ven. hor. V; 2) exercitationes laryngoscopicas practicas moderabitur dieb. Merc. et Iov. hor. V, die Sat. hor. III.

Dr. L. HEIDENHAIN, p. p. e.

I) Publice examinatorium chirurgicum instituet die Lun. hor VI. — II) Privatim 1) de chirurgia speciali disseret dieb. Mart. Iov. Ven. hor. III; 2) cursum chirurgicum propaedeuticum moderabitur dieb. Merc. et Sat. hor. III.

Dr. E. PEIPER, p. p. e.

Priatim 1) pathologiam et therapiam specialem tradet dieb. Lun. et Ven. hor. VI, Merc. hor. III, Sat. hor. IV; 2) de vaccinatione aget et vaccinandi operationes moderabitur die Lun. hor. IV, Iov. hor. XII.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. EG. HOFFMANN, priv. doc.

Privatim cursum otiatricum moderabitur dieb. Lun. hor. V, Merc. Sat. hor. IV.

Dr. E. BALLOWITZ, priv. doc.

Privatim elementa anatomiae comparatae tractabit bis p. h. def.

IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. B. MINNIGERODE, p. p. o., dec.

I) Publice exercitationes in seminario mathematico die Sat. hor. X½ – XII moderabitur. — II) Privatim 1) calculi differentialis et integralis alteram partem docebit quater p. h. hor. IX; 2) geometriam analyticam plani exponet quater p. h. hor. VII.

Dr. A. H. BAIER, p. p. o

Si per valetudinem licebit, scholas postea indicabit.

Dr. H. LIMPRICHT, p. p. o.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae physiologicae locis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) chemiae partem priorem tradet sexiens p. h. hor. VIII; 2) praxin chemicam una cum professore Schwanert instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

Dr. GUIL. AHLWARDT, p. p. o.

I) Publice elementa linguae Persicae docebit bis p. h — II) Privatim 1) grammaticam turcicam explicabit bis p. h.; 2) carmina Mo'allakāt interpretabitur quater p. h.

Dr. F. F. C. E. SUSEMIHL, p. p. o.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. A. PREUNER, p. p. o.

I) Publice 1) artium monumenta selecta, quorum exempla in museo academico adservantur explicabit semel p. h. hor. XII; 2) exercitationes archaeologicas et mythologicas moderabitur semel p. h. hor. XII. — Privatim mythologiam Graecam artium monumentis illustratam docebit ter p. h. hor. def.

Dr. GUIL. SCHUPPE, p. p. o.

I) Publice exercitationes philosophicas moderabitur d. Merc. hor. V. — II) Privatim 1) paedagogiam dieb. Lun. Mart. Iov. hor. VIII; 2) philosophiam iuris docebit dieb. Merc. Ven. Sat. hor. VIII.

Dr. H. ULMANN, p. p. o.

I) Publice 1) Belli contra Gallos infra annos 1813—1815 gesti historiam tradet die Sat. hor. XII; 2) exercitationes seminarii historici instituet die Merc. hor. VIII et IX. — II) Privatim res in Europa actas narrabit inde a pace Westphalica dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

Dr. GUIL. THOMÉ, p. p. o.

I) Publice 1) seminari mathematici exercitationes moderabitur die Merc. hor. X et XI; 2) theoriam et applicationes determinantium docebit die Mart. hor. X et XI. — II) Privatim capita selecta theoriae functionum ellipticarum exponet dieb. Lun. et Iov. hor. X et XI.

Dr. H. SCHWANERT, p. p. o.

I) Publice 1) capita selecta chemiae technicae tractabit die Sat. hor. XI; 2) colloquium de rebus chemicis pharmaceuticis habebit dieb. Iov. et Ven. hor. III et IV. — II) Privatim 1) pharmaciae partem alteram exponet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. VII; 2) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. hor. VII; 3) praxin chemicam una cum professore Limpricht instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

DR. A. GERSTAECKER, P. P. O.

I) Publico ichthyologiam tractabit die Ven. hor. IX. — II) Privatim zoologiam generalem medicorum usui adaptatam anatomes comparatae ratione habita docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. IX.

DR. AL. REIFFERSCHEID, P. P. O.

I) Publice 1) in proseminario germanico et poema Kudrun inscriptum et Goethei epistulas selectas interpretanda proponet die Merc. hor. V et VI; 2) in seminario germanico Gotfridum Argentinensem et imitatores tractabit die Ven. hor. V et VI. — II) Privatim grammaticam germanicam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI.

DR. E. KOSCHWITZ, P. P. O.

I) Publice in seminario Romanensi de Ambianorum dialecto exercitationes instituet Sat. die hor. XI et XII. — II) Privatim historiam litterarum Francogallicarum saec. XVI. et XVII. enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX.

DR. H. ZIMMER, P. P. O.

I) Publice in studium grammaticae comparatae linguarum Indogermanicarum commilitones introducet bis p. h. hor. def. — II) Privatim grammaticam linguae Sancritae docebit ter p. h. hor. def. — II) Privatissime et gratis textus selectos e chrestomathia Boehtlingkiana commilitonibus interpretandos proponet bis p. h. hor. def.

DR. FR. SCHMITZ, P. P. O.

I) Publice 1) plantas selectas monstrabit die Iov. hor. V. — II) Privatim 1) botanicen generalem docebit dieb. Lun. et Merc. hor. V et VI; 2) exercitationes botanicas microscopicas instituet dieb. Mart. et Iov. hor. III et IV. — III) Privatissime in musei botanici laboratorio operaturis aderit cotidie.

DR. E. COHEN, P. P. O.

I) Publice excursiones geologicas una cum DEECKE Dre. instituet h. d. — II) Privatim 1) petrographiam docebit dieb. Mart. Merc. Iov. hor. VII mat.; 2) mineralogiae peritiorum exercitationes moderabitur una cum DEECKE Dre. die Sat. hor. IX et X. — III) Privatissime in instituto mineralogico operaturis aderit cotidie.

DR. A. OBERBECK, P. P. O.

I) Publice de motu fluidorum et de theoria soni tractabit dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) physices experimentalis partem alteram docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII; 2) exercitationes physicas instituet binis et senis horis dieb. Lun. et Iov. hor. III—VI. — III) Privatissime in instituto physico operaturis aderit cotidie.

Dr. O. SEECK, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminarii historici antiquitatem Graecam Romanamque spectantes moderabitur die Lun. hor. VI et VII. — II) Privatim historiam reì Romanae deficientis enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI.

Dr. E. MAASS, p. p. o.

I) Publice 1) proseminarianis Aristotelis librum 'De Atheniensium republica' interpretandum proponet et exercitationibus latine scribendi praeerit die Iov. hor. III et IV; 2) in seminario Vergilii 'Catalepta' tractabit horis consuetis. — II) Privatim de syntaxi graeca disseret die Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX.

Dr. I. REHMKE, p. p. o.

I) Publice exercitationes ad historiam philosophiae pertinentes moderabitur semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) psychologiam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX; 2) philosophiam Kantii et posteriorum dieb. Lun. Mart. Iov. hor. III.

Dr. E. BERNHEIM, p. p. o.

I) Publice in seminario fabulas, quae de imperatoribus nostris medio aevo fictae sunt, arte critica diiudicandas proponet die Sat. hor. VIII; 2) Rationes philosophorum, qui de sociandis hominibus disseruerunt, cum historicorum ratione conferet die Merc. hor. XII. — II) Privatim palaeographiam latinam tractabit die Iov. et Ven. hor. VIII.

Dr. E. STRUCK, p. p. o.

Si per valetudinem licebit, scholas postea indicabit.

Dr. F. MARX, p. p. o.

I) Publice in seminario philologico Polybii capita selecta tractanda proponet die Merc. hor. X—XII. — II) Privatim historiam litterarum latinarum enarrare perget die Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X et die Lun. Iov. hor. III.

Dr. R. CREDNER, p. p. o.

I) Publice 1) exercitationes geographicas moderabitur semel p. h. hor. def.; 2) excursiones geographicas instituet dieb. et hor. def.; 3) de novissimis pervestigationibus geographicis et itineribus ad reperiendas terras nuper susceptis disseret die Merc. hor. IV. — II) Privatim geographiae physicae partem II (morphologiam generalem, orologiam) docebit ter p. h. hor. VII.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORM.

DR. C. TH. PYL, P. P. E.

I) Publico de historia artium medii recentiorisque aevi, necnon de finibus artium litterarumque secundum monumenta disseret bis p. h. hor. XI. — II) Privatim historiam monasterii Hildensis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, scholarum Gryphiswaldensium tradet bis p. h. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis de antiquitatibus Pomeraniae disputationes, necnon exercitationes diplomaticas secundum monumenta artium litterarumque moderabitur bis p. h. hor. XI.

DR. M. KONRATH, P. P. E.

I) Publice in seminario Anglico exercitationes moderabitur die Merc. hor. X et XI. — II) Privatim grammaticam historicam linguae Anglicae docere perget dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X.

DR. GUIL. HOLTZ, P. P. E.

I) Publice 1) physicen terrae meteoris exceptis perspicue tractabit dieb. Mart. Ven. hor. III; 2) meteorologiam cum phaenomenis opticis et electricis docebit dieb. Lun. Iov. hor. III. — II) Privatim electricitatem technicam legibus physices inclusis tradet dieb. Merc. Sat. hor. III.

DR. P. PIETSCH, P. P. E.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

DR. C. KESSLER, P. P. E.

I) Publice 1) res a Muhammede propheta necnon per prima islamismi tempora gestas enarrabit semel per hebd.; 2) libellum talmudicum cui pirqê abôth inscribitur explicabit semel p. h. — II) Privatim 1) linguae Hebraicae grammatices partem priorem scilicet formarum doctrinam tractabit ternis p. h. scholis; 2) grammatices Arabicae elementa docebit bis p. h — III) Privatissime studia Syriaca gubernare perget semel p. h.

DR. C. J. FUCHS, P. P. E.

I) Publice de operariis disseret die Merc. hor. III. — II) Privatim oeconomicen nationalem docebit diebus Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis exercitationes ad oeconomicen nationalem et reditus et expensa rei publicae spectantes instituet semel p. h. hor. def.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. H. MOELLER, priv. doc.

I) Publice excursiones botanicas instituet die Sat. hor. II. — II) Privatissime microscopicas pharmacorum et nutrimentorum disquisitiones moderabitur die Ven. hor. V et VI.

Dr. G. MUELLER, priv. doc.

I) Publice theoriam de origine specierum quae Darwiniana dicitur exponet semel p. h. die Iov. hor. IV. — II) Privatissime 1) praxin zoologicam instituet quater dieb. def.; 2) excursiones zoologicas moderabitur die def.

Dr. G. DEECKE, priv. doc.

I) Publice de montium valliumque origine dissseret semel p. hebd. die Merc. hor. III. — II) Privatim formationes geologicas docebit bis p. hebd. dieb. Mart. et Ven. hor. III. — III) Privatissime excursiones ad rem geologicam explicandam una cum prof. Cohen moderabitur.

Dr. R. SCHMITT, priv. doc.

I) Publice res anno MDCCCLXVI a Germanis gestas enarrabit bis p. h. hor. def. — II) Privatim historiam Borusso-Brandenburgicam ab imperio a Magno Electore suscepto usque ad mortem regis Friderici Guilelmi I enarrabit bis p. h. hor. def.

Dr. TH. SIEBS, priv. doc.

I) Privatim 1) historiae litterarum Theodiscarum partem primam enarrabit adiecta monumentorum interpretatione bis p. h. hor. def.; 2) Phoneticam docebit die Merc. hor. XII. — II) Privatissime sed gratis linguam litterasque veterum Anglorum tractabit semel p. h. hor. def.

Dr. F. W. SEMMLER, priv. doc.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. GUIL. SCHULZE, priv. doc.

I) Publice de tragoedia graeca disseret semel p. hebd. hor. def. — II) Privatim Sophoclis Antigonam enarrabit ternis p. hebd. hor. def.

Dr. H. BILTZ, priv. doc.

I) Privatim 1) de nutrimentis chemice examinandis disseret dieb. Lun. Mart. hor. IV; 2) de constitutione corporum organicorum disseret die Iov. hor. V. — II) Privatissime sed gratis provectiores praxin physico-chemicam docebit bis p. h.

LINGUARUM RECENTIORUM ET ARTIUM MAGISTRI.

Dr. W. Franz, Lector. I) Publice The Black Dwarf, Sir W. Scottii fabulam, interpretabitur bis p. h. hor. def. — II) Privatim exercitationes ad rudimenta grammaticae anglicae spectantes moderabitur bis p. h. hor. def.

G. Bemmann, concert. music. director. Publice de universa doctrina artis musicae disseret bis p. h. hor. def.

O. Droenewolf, concert. music. director. Publice 1) de cantu ecclesiastico disseret bis p. h. hor. def.; 2) theoriae musices partem priorem docebit bis p. h. hor. def.

de Dewitz. Publice 1) artem delineandi et pingendi docebit binis p. h. horis; 2) stud. med. adiuvabit in arte ossa, musculos, praeparata proiciendi binis p. h. horis.

H. Range. 1) exercitationes gymnicas mederabitur hor. def.; 2) artem rudibus batuendi docebit hor. def.

V. Hecht. Artem equitandi docebit hor. def.

P. Wieck. Saltandi exercitationes moderabitur hor. def.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt Prof. Gilbert, Cust. Dr. Mueldener, Dr. Babad, Dr. Altmann Cust., assistente Steinhausen Dre., dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI—I, dieb. Merc. et Sat. hor. II—IV studiosis patebit.

Museum litterarium curant Professores Landois, Pescatore von Nathusius, Reifferscheid, Credner.

Seminarii theologici exercitationes reguntur ab Ordine Theologorum.

Societatis homiletico-catecheticae studia moderantur Cremer Prof. et De Nathusius Prof.

Seminarium iuridicum moderantur Pescatore Prof., Weismann Prof., Heck Prof., Stampe Prof.

Theatrum anatomicum administrat Sommer Prof., I. prosectore Solger Prof., II. prosectore Ballowitz Dre., assistente Elgeti.

Museo anatomico praepositus est Sommer Prof., I. prosectore Solger Prof., II. prosectore, Ballowitz Dre., assistente Elgeti.

Instituto physiologico praepositus est Landois Prof., adiutore E. Schultze Dre.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est Grawitz Prof., adiutore A. Kruse Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est Grawitz Prof., adiutore Kruse Dre.

Instituto pharmacologico praepositus est Schulz Prof., adiutore Haupt Dre.

Instituto hygienico provisorio praepositus est Loeffler Prof., adiutore Abel Dre.

Nosocomio Universitatis praesunt Mosler Prof. et Helferich Prof. — administr. Brandner. — assist. Schwanhaeuser Dre., Westhoff Dre., Voss Dre. et Gogrewe Dre.

Instituti clinici medici curam habet Mosler Prof., assistente Peiper Prof., adiutore Kuthe Dre.

Instituti clinici chirurgici curam habet Helferich Prof., assistente Buschke Dre. et Rueschhoff Dre.

Instituti ophthalmiatrici curam habet Schirmer Prof., assistente Stoewer Dre.

Instituti obstetricii curam habet Pernice Prof., assistentibus Schepers Dre. et Scheunemann Dre., adiutore Max Knoth Dre.

Instituto clinico psychiatrico praeest Arndt Prof., adiutore Haeusser Dre.

Institutum physicum moderatur Oberbeck Prof., assistente Edler Dre.

Seminarii mathematici exercitationes moderantur Thomé Prof. et Minnigerode Prof.

Instrumenta astronomica custodit Oberbeck Prof.

Museo zoologico praeest Gerstaecker Prof.

Museo botanico praepositus est Schmitz Prof., assistente Holtz.

Hortum botanicum curant Schmitz Prof. et Goeze Dr. inspector.

Museo mineralogico praepositusest Cohen Prof., assistente Manteuffel.

Institutum chemicum moderantur Limpricht Prof. et Schwanert Prof., adiutoribus Biltz Dre., Dierbach, Helle.

Seminarium philologicum moderantur Maass Prof. et Marx Prof.

Seminarium Germanicum moderatur Reifferscheid Prof.

Seminarium Anglico-Romanense moderantur Koschwitz Prof. et Konrath Prof.

Seminarium historicum moderantur Ulmann Prof., Seeck Prof., Bernheim Prof.

Gypsothecae et antiquitatum museo praeest Preuner Prof.

Antiquitatum christianarum museo praeest V. Schultze Prof.

Museo antiquitatum Pomeraniae praeest Pyl Prof.

Apparatui geographico praeest Credner Prof.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VII.	Pericop. evang., bis.		Morbi palpbr. etc., semel. Ophthalmiatr., semel. Operat. chirurg., sexiens. Anat., pathol., quinquiens. Osteol. et syndesmol., semel. De anatom. cranii animal. vertebrat. et varietat. gen. human. nec non de aliis signis anthropolog., semel. Curs. microscop., quater.	Geometr. analyt. plani, quater. Pharmac. p. II., quater. Chem. analyt., bis. Petrograph., ter. Geogr. phys. p. II.
VIII	Encyclop. et methodol. theol., ter. Hist. act. apost., ter. Theol.dogm., sexiens.	Institutiones, ter. Pandect. tertiam part., ter. Ius criminale, ter. Processum crimin., ter. Ius gentium, ter. Ius privat. Boruss., semel.	Clinic. gynaec., ter. Pract. therapeut., bis. Operat. chirurg., sexiens. Curs. anat. pathol., bis. Curs. microscop., quater. Clinic. psychiatr., quater.	Chemiae p. I., sexiens. Paedagogiam, ter. Philosoph. iuris, ter. Exercit. sem. hist., semel. Hist. litt. Francogall., quater. In sem. hist. fab. quae de imperatoribus etc., semel. Palaeogr. lat., bis.
IX.	Hist. eccl. rec., quinquiens. Theol. symb., quinquiens. Hist. diei dom., semel.	Institutiones, quater. Hist. iur. German., quater. Ius priv. Boruss., quater.	Histor. generat. et evolut., ter. Diagnostic. physic., bis. Clinic. medic., quater. Curs. anat. path., bis.	Calc. diff. et integr., p. II., quater. Exercit. sem. hist., semel. Ichthyologiam, semel. Zoolog. general., quater. Mineral. perit. exercit., semel. Syntax. graec., quater. Philosoph. Kant. et post., ter.
X.	Matth. evang., quinquiens. Epist. ad Rom., quinquiens.	Proc. civil. Rom., semel. Ius criminale, quinquies.	Anat. human., quater. Cap. sel. anatom., semel. Clinic. medic., sexiens. Clinic. chirurg., quater.	Exercitat. sem. math., semel. Exercitat. sem. math., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
X.	De societate hum. sec. doctr. christ., semel.			Theor. et appl. determinant., semel. Cap. select. theor. funct. ellipt., bis. Mineral. perit. exercit., semel. Psychol., quater. In sem. phil. Vergilius semel. In sem. phil. Polybii cap. sel., semel. Hist. litt. Lat., quater. In sem. angl. exercit., sem. Gramm. hist. ling. Angl., quater.
XI.	Genesis, quinquiens. Introductio in N. T., quinquiens. Theol. ethica, sexiens.	Ius publ. Germ., ter Ius admin., ter. Process. civ., quinquies. Proc. civ. Rom., semel. Sentent. summi iur. Germ., semel.	Physiol. experiment., sexiens. Clinic. chirurg., sexiens.	Exercitat. sem. math., semel. Exercitat. sem. math., semel. Theor. et app. determinant., semel. Cap. select. theor. funct. ellipt., bis. Cap. sel. chem. techn., semel. Gramm. german., quater. In sem. roman. de Ambian. dialect., semel. Hist. rei Roman. def., quater. In sem. phil. Vergilius semel. In sem. phil. Polyb. cap. sel., semel. Hist. art. mod. rec. aev., bis Hist. monast. Hild., bis. De antiqu. Pom., bis. In sem. angl. exercit., semel. Oeconom. natal., quater.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XII.	Introductio in V. T., quinquiens. Isaias, quinquiens. Theol. pract. p. I, quinquiens.	Encyclopaed., ter. Ius priv. Germ., sexies. Interpret. Digest., semel.	Ars obstetr., ter. Clinic. gynaec., ter. Ambulat. ophthalm., sex. Curs. anat. path., bis. Policlin. paediatr., ter. Policlin. laryng. et nas., ter. Vaccinat., semel.	Artium monum. select., semel. Exercitat. archaeol. et mythol., semel. Bell. contra Gallos gest. histor., semel. Res in Europ. actas inde a pace Westph., ter. In sem. rom. de Ambian. dialect.. semel. De mot. fluid. et de theor. son., bis. Physic. exper. p. II., quater. Ration. philosoph. quae de sociand. hom. disser., semel.
II.			Syphilis, bis. Morbi cutis, bis. Diagnost. obstetric., semel. Operat. obstetric., bis. Morbi mulier., bis.	Excurs. botan., semel.
III.		Ius crimin., semel. Conversat. de iure publ., semel. Conversat. de iure crim., semel.	Ophthalmiatr., quater. Clin. ophthalm., bis. Diagnost. physic., ter. Laryngoscop., semel. Pathol. et therap. spec., semel. Curs. chirurg. propaed., bis. Chirurg. special., ter.	Colloqu. de reb. chem. pharm., bis. Exercit. bot. microscop., bis. Exercit. phys., bis. In prosem. Arist. libr. de Athen. republ. et exerc. lat., semel. Physic. terrae, bis. Meteorolog., bis. Electr. techn., bis. De operar., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
III.				De mont. vall. orig., semel. Format. geolog., bis.
IV.		Conversat. de iure publ., semel. Conversat. de iure crim., semel. Conversat. pand. partem prim., semel. Conversat. pand. partem sec., semel.	Osteologiam et syndesmologiam, semel. Balneolog., semel. Morbi mulier., semel. Pharmacolog., quater. Diagnostic. phys., semel Hygiene, ter. Pathol. et therap. spec., semel. Curs. otiatr., bis. Vaccinat., semel	Colloqu. de reb. chem. pharm., bis. Exercit. bot. microscop., bis. Exercit. phys., bis. In prosem. Arist. libr. de Athen. republ. et exerc. lat., semel. De noviss. pervestig. geogr., semel. Theor. de orig. spec. quae Darw. dic., semel.
V.		Conversat. pand. part. prim., semel. Conversat. pand. part. sec., semel. Process. crimin., bis. Conversat. de iure commerc., semel.	Laryngoscop., bis. Exercit. chem. pharmacol., bis. Disput. chirurg., semel. Morbi laryngis, bis. Curs. otiatr., semel. Disputat. hygienicas, semel.	Exercit. philosoph., semel. In prosem. germ. Kudrum et Goeth. epist., semel. In sem. germ. Gottfr. Argent., semel. Plant. select., semel. Botan. gen., bis. Exercit. phys., bis. Microscop. pharm. et nutrim. disqu., semel. De nutrim. chem., bis. De constitut. corp. organ., semel.
VI.	Exercit. V.T., semel. Prosem. Hebr., semel. Exercit. N. T., semel. Conversat. ad N. T. spect., semel. Exercit. hist., semel. Societas hist.-eccl., semel.	Process. criminal., bis. Hist. proc. crim., semel. Conversat. de iure commerc., semel.	Diagnostic. physic., sem. Relat. clin. med., semel. Path. et therap. spec., bis. Exercit. chem. pharmacol., bis. Examinator. chirurg., semel.	In prosem. germ. Kudrum et Goeth. epist., semel. In sem. germ. Gottfr. Argentin., semel. Botan. gen., bis. Exerc. sem. hist. antiqu., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VI.	Exercit. archaeol., semel. Exercit. dogm., semel. Societas dogm., semel. Exercit. homil., semel. Prosem. homil., semel. Fxercit. catech., semel. Exercit. ad curam past. spect., semel.			Microscop. pharm. et nutrim. disqu., semel.
VII.				Exercit. sem. hist. antiqu., semel.
Hor. def.	De eccl. reformationib. ante Lutherum, bis. Epistulae cath., ter.	Fontes iuris germ., semel. Exercitat. iuris, semel.	Pract. physiol., sexiens. Med. forens., ter. De anatom. organ. sensuum, semel p. h. Exercitationes embryologicas, sexiens. Elementa anat. comparatae, bis. Exercitationes practicas in laboratorio hygienico.	De select. chem. physiol. locis, semel. Prax. chem. sen. et duod. et tricen. Elementa ling. persic., bis. Grammat. turicam., bis. Carmin. Mo'allakāt, quater. Mythol. graecam artium, ter. Introduct. in stud. gramm. comp., bis. Gramm. lingu. Sanscr. ter. Text. sel. a Chrest. Boethling, bis. In mus. bot. labor. oper. Excurs. geolog. In instit. mineral. oper. In instit. phys. oper. In sem. Vergil. Catalept. Exercit. ad hist. philosoph. pert., semel. Exercit. geograph., semel. Excurs. geograph. Res a Muham. gest., sem.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
Hor. def.				Libellum talmud. etc., semel. Lingu. Hebr. gramm. p. I., ier. Gramm. Arab., bis. Stud. Lyric., semel. Convers. oeconom. nat., semel. Prax. zoolog., quater. Excurs. zoolog. Res anno MDCCCLXVI a Germ. gest., bis. Histor. Bor.-Brandenb., bis. Hist. litt. Theod. p. I, bis. Phonet., semel. Ling. litt. vet. Angl., sem. De tragoed. graec., semel. Sophocl. Antig, ter. Prax. phys.-chem., bis. The black dwarf, Scott fab. interpr., bis. Exercit. ad rudim. gramm. angl. spect., bis. De nuivers. doctr. art. mus., bis. De cant. ecclesiast., bis. Theorie music. p. I, bis. Art. delin. et ping., bis. Art. ossa, muscul. praep. proic., bis. Exercit. gymnicae. Art. rud. bat. Art. equit. Saltandi exercit.

(3)

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCXCIII

A DIE XVI MENSIS APRILIS

HABENDARVM.

INEST FRANCISCI SVSEMIHL QVAESTIONVM ARISTOTELEARVM CRITICARVM ET EXEGETICARVM PARS II.

GRYPHISWALDIAE

TYPIS FRID. GVIL. KVNIKE

MDCCCXCIII.

Quod ante hos duodecim menses vobis promisi, commilitones, nunc sum praestiturus: demonstrabo haud recte Newmanum in prioribus duobus Politicorum Aristoteleorum libris adhuc ab eo editis[1]) ita scriptoris verba constituisse, ut hac in re saepius Π^{2} codicum familiam quam Π^{1} sequeretur[2]). Quamquam de primo magis dubitare licet. Nam aperte falsa sunt quae praebet Π^{1} sedecim locis 1252^{a}5. 1253^{a}25. ^{b}25. 1254^{b}14[3]). 1255^{a}5. 24. 32. 39. ^{b}12. 1256^{a}10. ^{b}18. 1257^{a}6. 1259^{b}2. 31. 1260^{a}39. ^{b}17, aperte recta quae tredecim 1253^{a}7. 32[4]). ^{b}27[5]). 1254^{a}15. ^{b}28. 1255^{a}35. ^{b}27. 1256^{b}13. 32. 1257^{b}3[6]). 1259^{a}37. 1260^{a}4[7]). 31[8]): quare si haec sola spectamus, paulo praestantior videtur Π^{2}. At cur praeterea 1260^{a}4 ἀρχόντων καὶ ante ἀρχομένων in optimis duobus vetustae translationis codicibus *a z* et in margine O^{1} libri addito carere nequeamus, docui in Herm. XIX. 1884. p. 589, et rectis Π^{1} recensionis lectionibus adiciendae sunt, nisi admodum fallor, etiam plures. Namque 1252^{a}9, cum usitatior constructio sit οἴονται εἶναι πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν καὶ οἰκονομικὸν καὶ δεσποτικὸν τὸν αὐτόν quam nudum οἴονται πολιτικὸν κ. τ. λ., facilius addi potuit infinitivus εἶναι quam omitti, omittit autem Π^{1}. 1252^{b}19 sq. cum stilo Aristotelis

---

1) The Politics of Aristotle. II. Oxon. 1887.

2) Cur tamen collocationem verborum paucissimis locis exceptis non respecturus sim, cognoscetis ex Annal. philol. CXXXV. 1887. p. 802 sq.

3) Hoc libenter nunc concedo Newmano.

4) Hoc demonstravimus et ego l. l. p. 802 et accuratius Stoehrius, Abhh. Christ dargebracht (Monach. 1891). p. 97 sq. ita, ut etiam in Γ aut ὁ ἄνθρωπος aut ἄνθρωπος scriptum fuisse minime dubium esse queat.

5) Si stare possent verba οὕτω καὶ τῶν οἰκονομικῶν hoc loco, optime lectionem τῶν οἰκονομικῶν explicasset et defendisset Newmanus, at ea ibi non posse stare, sed v. 30 pro οὕτω καὶ, id quod suasit Rassovius, οὕτω καὶ τῷ οἰκονομικῷ inserenda esse ostendi in Quaestt. crit. de Polit. Aristotelois (Lips. 1886) p. 339 sq., et minime me refutavit Newmanus, immo ne conatus quidem est me refutare, sed maluit denuo corrumpere periodum vere Aristoteleam et unice aptam sententiarum conexui, quam ego summo cum labore restitui.

6) Hoc apparet ex optima Newmani nota critica ad 1252^{b}27.

7) Certe non intellego, quid h. l. sibi velle possit perfectum ὑφήγηται, praesertim cum antecedat εὐθύς.

8) Nam hoc loco ab ipso Aristotele ante παῖς omissum esse articulum patet e 29. γυναικός, 31. ἀνδρί, 33. δούλου πρὸς δεσπότην, omissum fuisse etiam in Γ non certum quidem, sed satis verisimile est.

haud dubie magis concinunt ἐκ βασιλευομένων γάρ quam ἐκ βασιλευομένων γὰρ συνῆλθον, quod admodum sapit sarciendi rationem, quam in Poeticis adhibuerunt apographorum librarii editorque Aldinus. $1253^b 33$. πᾶς ὁ ὑπηρετής non falsum est, sed aptius πᾶς ὑπηρέτης (= Alles, was Diener heisst), quod cum habeat non modo M^s, verum etiam ex correctione P^4, non dubium est quin fuerit genuina Π^1 recensionis scriptura[9]). De $1254^a 10$ sufficiunt quae in editione mea tertia adnotavi, de $1254^b 23$ alio loco disserui[10]). $1255^b 26$ et $1256^a 6$ formae ὀψοποιητική et χερχιδοποιητική firmantur locis a Newmano allatis $1253^b 10$. τεχνοποιητική (quamquam ibi ab ipso Aristotele πατρική scriptum fuisse reor). Eth. Nic. VII, 13. $1153^a 26$. Met. VI, 2. $1027^a 4$. XI, 8. $1064^b 21$ (ubi ex E male scribunt ὀψοποιική, quamquam optimus codex A^b offert ὀψοποιητική), quibus adiciendum est διθυραμβοποιητικὴ Poet. 1. $1447^a 14$ (ubi perperam διθυραμβοποιικὴ coniecit Spengelius). Unde apparet recte Krischeum[11]) et Bonitzium[12]) iudicasse has formas pleniores ubique Aristoteli tribuentes frustraque hoc negatum esse a Rassovio[13]) et perperam a Bekkero, Ramsauero, Bywatero Eth. Nic. I, 1. $1094^a 11$ χαλινοποιικὴ esse receptum e sola prima manu K^b codicis, qui optimus quidem omnium est, non tamen tantae auctoritatis, praecipue non in libro huius operis primo. Quae cum ita sint, verisimile est etiam in Γ has infuisse formas, et non possum non satis mirari, quod Newmanus, postquam omnia illa attulit, nihilominus retinuit breviores. $1257^b 7$ cur Π^1 vestigia veri magis mihi videatur servasse, item alio iam loco[14]) exposui. Denique $1260^a 26$ in verbis τὸ εὖ ἔχειν τὴν ψυχὴν ἀρετή, ἢ τὸ ὀρθοπραγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων codices $P^{2.3}$ S^b T^b secutus Newmanus ἢ prius delendum esse censuit. Crederem, si ἀρετὴ ante τὸ εὖ ἔχειν esset positum: nam in nullo alio eiusdem generis exemplo[15]) interrumpuntur membra alia voce, et hoc concordat cum ipsa rei natura: quapropter sine ulla dubitatione arbitror hoc loco ἢ potius in illis libris excidisse, quod η littera proxime praecedente facillime explicatur. Ex altera parte nescio an praestet $1258^b 7$. νόμισμα νομίσματος, ubi ἐκ ante νομίσματος addit Π^1. Inde autem, quod $1256^b 1$ et $1258^b 1$ κομίζεσθαι et μεταβολική verba, si sequimur Π^1 familiam, adhibita sunt, ceteris locis omnibus πορίζεσθαι et μεταβλητική, nihil certi colligendum est. Ut tamen hos duos locos item in Π^2 recensionis favorem enumeremus, nihilominus ratio inter Π^1 et Π^2 fit 23:19, melior igitur est Π^1 etiam in primo libro. Et fortasse ratio fit 24:19. Admodum enim dubium est, utrum $1252^b 15$ ὁμοκάπνους (Π^1) an ὁμοκάπους (Π^2) sit scribendum. Ὁμοκάπους enim non quadrat in hexametrum, si α corripitur, id quod praefert Newmanus, qui frustra hoc ita excusare conatur, ut vocem posse adhibitam esse moneat in libro Epimenideo de republica Cretensium prosa oratione scripto: sane potuit, at haec ad Solonem epistula Epimenidi vix supposita est

9) V. quae exposui in ed. tert. p. X sq.
10) Quaest. crit. p. 343.
11) Jenaer Litteraturzeit. 1835. II. No. 230 p. 403: „χαλινοποιική (Eth. Nic. $1094^a 11$) ist unaristotelisch und vermuthlich nur durch Abkürzung entstanden“.
12) Aristot. Stud. II. III. (Vindob. 1863). p. 46 (Comm. Acad. Vindob. phil.-hist. XLI. p. 422) n. 1.
13) Forschungen über die nikomachische Ethik, Vimar. 1874. p. 68.
14) Quaest. crit. p. 353 sq.
15) V. quae collegit Newmanus ad h. l.

ante Aristotelis mortem[16]). Ὁμόκαπνοι autem vocabuli sensus cur nequeat is esse, ut significentur qui eiusdem fumi, h. e. fumi eiusdem foci, communione utuntur (die zu derselben Feuerstelle gehören) = ὁμέστιοι, equidem non assequor, et hoc fortasse aptius est quam ὁμόκαποι, in quod inciderunt Giphanius et Ridgewayus. Utut autem haec res se habet, ceteri loci, quibus aeque bonae sunt utriusque recensionis lectiones, 1252ᵇ2. 14. 1253ᵃ1. 3. 1255ᵇ24. 26 (τούτων Π¹, τῶν τοιούτων Π²). 1256ᵇ8. 1258ᵇ4. 1260ᵃ21. ᵇ23 sq., non cum Newmano secundum Π², sed mecum secundum Π¹ et, ubi non certum est, quid habuerit Γ[17]), secundum Mˢ P¹ edendi sunt. Verumtamen confiteor me haud recte secundum solos Γ Mˢ 1253ᵃ3 ἐστί post ζῷον addidisse[18]) et 1259ᵇ32 καὶ ante καθόλου δή seclusisse[19]). Dubius sum de 1257ᵇ24.

Multo magis elucet maior Π¹ familiae auctoritas in libro secundo: quin ita in eo elucet, ut paene ab ipso Newmano agnoscatur. Et fortasse prorsus esset ab eo agnita, nisi nimio et paene superstitioso cum horrore vir doctissimus fugeret coniecturas. Quattuor afferam exempla. 1261ᵇ2 sqq. recipit quidem huius recensionis lectiones τοῦτο δὲ μιμεῖται τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν τὸ δ' ὡς ὁμοίους εἶναι ἐξ ἀρχῆς, sed inter cruces haec posuit, cum ἀνομοίους, quod ego pro δ' ὡς ὁμοίους conieci, forsitan rectum, sed coniectura tantum, et cum altera fortasse coniectura Schottii τῷ ἐν pro τὸ ἐν opus sit. Quapropter textum praefert ex utraque recensione mixtum ἐν τούτοις δὲ μιμεῖται τὸ ἐν μέρει . . . τὸ ἀνομοίους (?) εἶναι ἐξ ἀρχῆς. At monui iam alio loco[20]) fortasse licere, quamquam interposita sunt δὲ μιμεῖται, cum τοῦτο coniungere τὸ ἐν μέρει κ. τ. λ., ut supervacanea fiat lenissima Schottii correctio. Et quis, quaeso, cum ἐν οἷς δὲ μὴ κ. τ. λ. praecedat (1261ᵃ39 sqq.), τοῦτο pro ἐν τούτοις reponere potuit? Contra potuit et facillime potuit induci Π² recensionis auctor ad τοῦτο cum ἐν τούτοις permutandum, sicut omnino locum corruptum, quem intactum reliquit Π¹, male corrigendo etiam magis corrupit, ut monstrum lectionis existeret hoc: ἐν τούτοις δὲ μιμεῖσθαι τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους οἰκεῖν ὁμοίους (vel ὁμοίως) τοῖς ἐξ ἀρχῆς[21]), et sicut perperam 1260ᵇ27 δὲ atque 1263ᵇ7 sensu male intellecto οὐ inseruit. Porro de τῶν δυνατῶν verbis 1272ᵇ8 sq. in Π² ante ἣν καθιστᾶσι collocatis ipse scribit Newmanus: „I have retained in the text the reading, but non without much

16) V. Susemihl Gesch. der gr. Litt. in d. Alexandrinerz. II. p. 388. n. 239.

17) Omisi in ratiocinatione mea 1255ᵇ24. ταῖς Συρακούσαις non solum quia nesciri potest, utrum etiam in Γ additus fuerit articulus, sed etiam quia nescio, utrum iam Aristoteles in urbium nominibus articulo uti potuerit an non. Ceterum sive reliquis locis, quibus articulus aut ponitur aut omittitur in Mˢ P¹, hoc etiam in Γ factum esse secundum verisimilitudinem mecum sumitur sive negatur, nihil mutatur in ratiocinatione mea neque in Π² neque in Π¹ familiae favorem; numeri, si negatur, minores fiunt, ratio arithmetica eadem fere manet.

18) Omnino lectiones, quae in his solis inveniuntur, admodum raro probandae sunt, et hodie iam non credo, ubi tolerari queant, genuinas totius Π¹ recensionis eas esse atque in verba scriptoris recipiendas, ut eas etiam in tertia editione recepi: veritas (ut cum Bacone Verulamensi loquar) filia est temporis. Quapropter etiam II, 7. 1267ᵃ11 vix recte δύναιντο scripsi.

19) De καὶ — δή v. scitam Newmani notam ad 1253ᵃ18. Sed ex ea ipsa apparet illo quidem loco pro καὶ — δή cum Schneidero scribendum esse καὶ — δέ: καὶ — δή est nostrum „und so — denn" vel „und so — denn auch", ille vero requirit „aber auch". Non solum naturâ est civitas (1252ᵇ—30—1253ᵃ18), sed etiam (quod in sequentibus demum verbis demonstratur, minime iam ulla ratione sequitur ex antecedentibus) naturâ prior quam domus et singularis homo.

20) Qu. crit. p. 361.

21) V. Qu. crit. p. 360 sq.

hesitation". Nimirum retinuit nihilominus nullam aliam ob causam, nisi quia verba post δοῦναι posita, ut flagitantibus sententia et structura posita sunt in Π^1, requirunt Corais coniecturam οἵ ἂν pro ὅταν. Neque aliter se res habet 1265^{a}32 sqq. Nullus enim dubito, quin Π^1 familiae scripturas τῷ μὲν τὸ et τῷ δὲ τὸ probasset vir doctissimus, si stare possent sine eiusdem Corais emendatione ἑτέρῳ. Sic autem vertit quae in Π^2 legimus, βελτίων ὅρος τὸ σωφρόνως καὶ ἐλευθερίως· χωρὶς γὰρ ἑκάτερον τὸ μὲν τῷ τρυφᾶν ἀκολουθήσει, τὸ δὲ τῷ ἐπιπόνως: „for if we part the one from the other, liberal living will accompagny luxurious life and temperate living a life of hardship" additque: „for ἀκολουθεῖν as here used, Bonitz Ind. 26^{a}44 compares III, 13. 1283^{a}39 and Eth. Eud. III, 5. 1232^{a}31". At hoc non verum est. Immo Bonitzius postquam scripsit: „sequi videtur causam effectus, propositiones conclusio, conditiones id quod ex iis suspensum est, substantiam accidens; de his rationibus ἀκολουθεῖν usurpatur", inter exempla huius generis affert etiam 1283^{a}39 sq. δικαιοσύνην, ᾗ πάσας ἀναγκαῖον ἀκολουθεῖν τὰς ἄλλας (ἀρετάς) et Eth. Eud. 1232^{a}31. ὅτε καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς ἀκολουθεῖν φαίνεται (ἡ μεγαλοψυχία), adicitique: „Cf. II β, 6. 1265^{a}34". Ergo dedita opera prorsus tacet de huius loci lectione. Quin eam, quam defendit Newmanus, haud quadrare ad haec Bonitzi verba patet, et difficillimum profecto est intellectu, quomodo duobus his locis ad eam defendendam abuti potuerit vir sagacissimus, praesertim cum in altero eorum post paucos versus praeterea ἀκολουθεῖν verbo synonymo ἕπεσθαι explicetur 1232^{a}37 sq. ὥστε ἕπεσθαι αὐτῇ πάσας τὰς ἀρετάς, ἢ αὐτὴν ἕπεσθαι πάσαις. Revera sine dubio secuntur iustitiam ceterae virtutes, sequitur aut ceteras magitudo animi aut hanc illae, item sequitur nimiam parsimoniam tenuitas victus, nimiam liberalitatem luxuria, sed hac in re minime versa vice etiam luxuria homines impellit, ut liberales, tenuitas victus, ut parci fiant. Denique ipse sentit quodammodo Newmanus 1272^{b}38 sq. τοὺς βασιλεῖς μήτε κατ' αὐτὸ εἶναι γένος (Π^2) vix esse sana, sic enim dicendum fuisset ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, attamen ut reciperet καθ' αὐτὸ εἶναι γένος, non potuit a se impetrare, quia sciri nequeat, cum „per se" praebeat Guilelmus, anne forsitan hoc non κατ' αὐτὸ sit, lectio codicum M^s et P^1 (quamquam Guilelmus pro αὐτός semper reddit „ipse", pro αὐτό „ipsum"), et hoc κατ' αὐτὸ e κατὰ τὸ αὐτὸ sit corruptum, et quia nullus codex offerat καθ' αὐτό. Sed hoc iterum ne verum quidem est: nam γρ. καθ' αὐτὸ legitur in margine P^1 libri. Manifestum igitur est e καθ' αὐτὸ potius κατ' αὐτὸ esse orta, et haec Ballhorniana illa ratione, quam cognovimus iam in Π^2 recensionis conditore, ab hoc in κατὰ τὸ αὐτὸ mutata esse.

Ceterum Indice Aristotelico abusus est Newmanus etiam 1268^{b}12, ubi hoc adnotavit: „ὁ μὲν Π^2, other manuscripts μὲν ὁ, more logical order, but for the displacement of μέν, see Bon. Ind. 454^{a}20 sqq." Reapse iam Bonitzius non erat admodum felix in eligendo uno eo, quod attulit, exemplo 1292^{b}13. Etenim illo loco simpliciter scribere ὥστε τὴν πολιτείαν κατὰ μὲν τοὺς νόμους μὴ δημοτικὴν εἶναι, διὰ δὲ τὸ ἦθος καὶ τὴν διαγωγὴν noluit Aristoteles, quia his verbis non satis accurate expressa fuisset rei natura: quod si hanc ob causam pleniore loquendi genere usus scripsit ὥστε τὴν μὲν πολιτείαν τὴν κατὰ τοὺς νόμους μὴ δημοτικὴν εἶναι, διὰ δὲ τὸ ἦθος καὶ τὴν διαγωγὴν πολιτεύεσθαι δημοτικῶς, nescio profecto, quo alio loco inserere potuerit particulam. Contra ὁ μὲν pro μὲν ὁ sine ulla causa scribere mihi quidem non sapientis videtur hominis esse sed stultissimi.

Iam ut rectas Π^1 familiae lectiones cum falsis comparemus, falsae sine dubio sunt 39: 1261^a18 (si ἡ omisit etiam Γ). 22[22]). ^{b}19 (si ὁ om. etiam Γ). 1262^a30. 1263^b1. 6. 1264^a1. 16. ^{b}3. 1265^a22. 30. 35[23]). ^{b}4. 21. 1266^a20. 23. 37. 1267^b40. 1268^a17 (si οἱ om. etiam Γ). 34. 1269^a6. 38 (si οἱ om. etiam Γ). ^{b}26. 1270^a20. 23. 25. 34. 1271^a27 (φιλίτια). ^{b}26. 28. 1272^a3 (φιλίτια). 35. ^{b}9. δυναστῶν[24]). 28 (si ἡ prius om. etiam Γ[25])). 34 (φιλιτίοις). 1273^a10. ^{b}2. 3. 1274^b 8[26]). Et haec quidem paene omnia sunt levia vitia, quae paucis exceptis currente calamo et primo oculorum obtutu ipsi corrigeremus, nisi rectae scripturae nobis oblatae essent in Π^2, et in nullo eorum deprehendimus pravum illud corrigendi studium. Contra verum aut vestigia veri servaverunt aut omnes huius generis fontes aut pars eorum partim item in rebus minutis, sed partim etiam, id quod iam ex exemplis patet supra tractatis, in gravissimis, 64 vel 65 locis: 1260^b27[27]). 28[28]). 41 (Γ). 1261^a15 sq. bis[29]). 27[30])(Γ P^1). ^{b}2. 3 (ter quaterve, v. quae supra monui). 4[31]). 5[32]). 30. 1262^a3 bis. ^{b}13[33]). 33. 1263^a23 ἔθεσι[34]). ^{b}5. 7[34b]). 9 et 11[35]). 1264^b31[36]). 1265^a16 (Γ et corr. P^1[37])). 33 bis et 34 bis (v. quae supra monui). ^{b}11 (Γ M^s)[38]).

---

2) ἐκ om. Π^1, quod non commemoravit Newmanus. Saepius apud eum deprehenditur eiusmodi neglegentia, v. n. 38. 40. 43. 46. Certe non iam credo omissam esse ab ipso Aristotele hanc praepositionem.

23) Cf. de hoc loco Qu. crit. p. 369.

24) Bene hoc demonstravit Newmanus.

25) Si hoc certum esset, fortasse ipse omisit Aristoteles, v. Vahlen. Beitr. z. Aristot. Poet. IV. p. 409 et quae idem collegit ad Poet. 4. 1449^a1.

26) Praeterea semper in Π^1 scriptum est Φαλλέας.

27) δὲ in Π^1 additum sic defendere studet Newmanus in notis criticis: „δὲ, which hardly suits the present ending of Book I., may possibly be a survival from some earlier state of the text". Cur hoc non credibile sit, apparebit ex n. 82.

28) V. Newmani notam criticam.

29) Nota ad h. l. critica Newmani haec est: „ὡς ἄριστον ὂν ὅτι μάλιστα πᾶσαν. So Π^1: the order is different in Π^2, which read πᾶσαν ὡς ἄριστον ὅτι μάλιστα in place of ὡς ἄριστον ὂν ὅτι μάλιστα πᾶσαν: the latter order, however, though more rugged, is perhaps more Aristotelian". Immo ordo verborum in Π^2 plane falsus est, cum sententia postulet, ut ὅτι μάλιστα non cum ἄριστον, sed cum πᾶσαν coniungatur.

30) Ubi frustra difficultates movere studet Newmanus nimia cautione deceptus. Cf. Vahlen. Beitr. z. Ar. Poet. I. p. 35 sqq. Bonitz. Ind. Ar. 217^a29 sqq.

31) V. Quaest. crit. p. 261.

32) V. n. 19.

33) V. Newmani not. crit.

34) V. quae contra Newmanum docui Jahresber. üb. d. Fortschrr. der class. Alterthumsw. LXVII. p. 125. n. 10.

34b) V. Qu. crit. p. 366 sq. Verum viderunt iam viri prudentissimi Victorius et Schneider. Sed Newmanus prudentior sibi videtur et ne refutatione quidem et illos et me dignos habuit.

35) Quomodo credere queat Newmanus se satis defendisse his duobus locis τὸ in Π^2 adiectum verbis „sc. ἔργον", equidem non assequor. Nam σωφροσύνης περὶ τὰς γυναῖκας non hoc solum ἔργον est ἀλλοτρίας οὔσης ἀπέχεσθαι, et ἐλευθεριότητος omnino nullum, quod non sit περὶ τὰς κτήσεις: absurdum igitur est τὸ utroque loco.

36) γὰρ (Π^2), quod pro δὲ (Π^1) retinuit, quid sibi hoc loco velit, non exposuit Newmanus.

37) Non a grammatica ratione abhorret περὶ, quod retinuit Newmanus, sed ad sententiam magis quadrat παρὰ „und zu diesen noch".

38) ἄλλαις, cet. πλείσταις. Newmanus recepit hoc, sed voluisse videtur illud. In notis enim criticis tacet, et in exegeticis dicit: „If with P^1 Π^2 Bekk. we read ταῖς πλείσταις, we must infer, that in some States a check of some kind of the procreation of children existed". Itaque, si quid sapio, hoc parum credibile ei videtur, et recte quidem.

30[39]). 1266^{b}2 (Γ). 24. 1267^{a}35[40]). ^{b}16. 23. 26[41]). 35. 1268^{a}3[42]). 6 sq.[43]). 11. 25[44]). ^{b}5. δίκης[45]). 12 (v. quae supra monui). 1269^{a}21. ^{b}6[46]). 14[47]) 1270^{a}13 (Γ P^{1}). ^{b}12 (ἀνδρίοις Π^{2}). 1271^{a}15[48]). 17. 20 (Γ[49])). 37. ^{b}37[50]). 1272^{a}3 (ἄνδρια Π^{2}). 29. ^{b}9. (rursus v. quae supra monui). 36. 39 (denuo v. quae supra monui). 1273^{a}7. 35. ^{b}1[51]). 41[52]). 1274^{a}19. 25. 39. ^{b}13. Adiciendi videntur etiam nonnulli alii. 1263^{a}23 verba ὃν δὲ νῦν τρόπον ἔχει ἐπικοσμηθὲν ἔθεσι καὶ τάξει νόμων ὀρθῶν οὐ μικρὸν ἂν διενέγκαι fiunt ambigua, si secundum Π^{2} καὶ prorsus supervacaneum ante ἐπικοσμηθὲν additur: possunt significare: „status praesens, si praeterea bonis legibus emendatur, melior est“ (et haec sine dubio est Aristotelis sententia), possunt: „status praesens melior est, praesertim si etiam hac ratione emendatur“. 1269^{a}11. γραφῆναι in Π^{2} (pro quo γράφειν praebet Π^{1}) videtur exortum esse ex antecedente γραφῆναι (v. 10)[53]). 1273^{a}9 et ^{b}27 οὗτοι et τι omissa sunt in Π^{1}, quod priore certe loco sine ullo scrupulo probarem, nisi verba singula revera saepius, quam per est, omitteret hoc codicum genus[54]). Utut autem de his locis iudicandum est, certe 1274^{a}21 frustra, ni fallor, Newmanus demonstrare conatur haud recte forsitan in Π^{1} τὸ ante θητικόν additum esse, quamvis praecedant τῶν πενταχοσιομεδίμνων — τῆς καλουμένης ἱππάδος. Provocat ad duos locos, quorum alter, Plut. Sol. 18 = Arist. fr. 350. 1537^{a}36 sq. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο θῆτες quid probare queat, profecto non assequor, cum ibi οἱ ante θῆτες ne potuerit quidem adici. Alter 1291^{a}4 revera prorsus similis est, at nullum mendum saepius in codicibus invenimus quam articulum aut prave omissum aut prave additum: quapropter equidem malim eum de mera coniectura illo quoque loco inserere quam hoc ab altera

39) In verbis εἰ μὲν οὖν ὡς κοινοτάτην ταύτην κατασκευάζει ταῖς πόλεσι τῶν ἄλλων πολιτείαν lectionem, quam retinuit, Π^{2} familiae, ita defendit Newmanus, ut κοινοτάτην sit superlativus pro comparativo. Sed praeterea ut servari queat, πολιτείαν cum κοινοτάτην est coniungendum, non cum ταύτην, hoc vero fieri nequit propter collocationem verborum. Quamobrem πολιτειῶν Π^{1} recensionis scriptura probanda est sola: „possibly rightly“ dicit ipse Newmanus.

40) ἐκλείπειν certe M^{s} P^{1}: Newmanus ne commemoravit quidem hanc lectionem.

41) Aliter iudicat Newmanus, sed docere nos debebat, quid sit ἐσθῆτος εὐτελοῦς κόσμος πολυτελής.

42) Certe dubito, num praeter formulam ἐρήμην καταδικάζεσθαι dici possit καταδικάζειν τὴν δίκην, nihilque probat ^{b}16: haesitat ipse Newmanus.

43) ἔτι δὲ νόμον ἐτίθει. Rursus ne commemoravit quidem hanc lectionem Newmanus.

44) Newmanus omittit καὶ cum Π^{2}, sed non explicat, quomodo carere queamus hac particula (= überdies), cum ad novam rem haud dubie transeatur.

45) V. quae optime adnotavit Newmanus.

46) Ubi perperam falsam formam Περραιβοῖς servavit et de recta Περαιβοῖς in Π^{1} tradita tacuit Newmanus.

47) Ubi falsa lectio εὐνομίαν iuxta rectam εὐδαιμονίαν tradita est in Π^{2}.

48) Cf. Newman. ad h. l., qui cum aliis τούτῳ aliter atque ego explicat, anne recte, in medio relinquo.

49) κἂν pro μήν. Vix enim pro μὴν „etsi“ reddere potuit Guilelmus de Moerbeka, quamquam aliter indicat Newmanus: ergo aut κἂν e μὴν corruptum erat in Γ aut μὴν e κἂν in codicibus superstitibus: ego hoc magis credo, quia κἂν βελτιον, <βελτιόν> γε magis ad sententiam quadrat quam μὴν βελτιόν γε.

50) τοῦ περὶ Τριόπιον τόπου καὶ Ῥόδον Π^{2}, rec. Newmanus, Ῥόδου Π^{1}, non solum „perhapsly“, sed procul dubio recte. Nam ad promontorium optime quadrat ὁ περὶ Τριόπιον τόπος, vix aptum est hoc loquendi genus ad insulam transferre.

51) V. notam Newmani ad h. l.

52) Namque τὸ δικαστήριον multo insolentius dicendi genus, id quod contra Newmanum moneo, vix existere potuit e plurali τὰ δικαστήρια, sed facillime pluralis e singulari.

53) Non multo aliter iudicat ipse Newmanus.

54) Id quod iam monui in ed. meae III. Prolegg. p. XVI.

codicum familia oblatum respuere. Contra admodum dubius sum, utrum $1261^{b}7$ οὐ Π¹ recensionis lectionem nunc quoque probem, cum codex tam egregius, quam est A^{c} in Rhetoricis, falso ibi II, 24. $1401^{b}6$ οὔτε pro οὐ tradiderit, an οὔτε, quod dat Π², pro vera scriptura habeam, cum certe uno loco $1339^{a}18$ sq. pro οὔτε — τε posita οὔτε — καὶ in omnibus fontibus inveniantur et altero Part. an. IV, 14. $697^{b}16$ sq. οὔτε — καὶ οὐ. $1265^{a}21$ quid de πρῶτον μὲν in Π¹ adiecto sentiam, ne hodie quidem scio. $1274^{a}4$. θάτερον (Π²) ipse recepi, sed fortasse correctum est e θατέραν (Π²), et θάτερα, quod coniecit Coraes, genuina lectio.

Satis demonstratum esse censeo locos, qui per se spectati eodem iure admittunt Π¹ et Π² recensiones scripturas, non cum Newmano secundum Π², verum secundum Π¹ esse edendos. Sunt autem hi: $1260^{b}36$. $1263^{a}12$. $^{b}32$. $1264^{a}19$[55]. 21. $^{b}26$. $1265^{a}4$. 12. $^{b}19$. $1267^{a}40$[56]. $1268^{a}6$[57]. $^{b}5$[58]. 17. 32. $1269^{b}21$[59]. 28[60]. $1270^{b}19$. $1271^{a}19$. $1272^{b}15$[61]. $1273^{b}32$ sq. $1274^{a}5$. $^{b}14$ (?).

Ipse olim eram Π¹ familiae codicum nimius defensor: nimium adhuc defensorem Π² recensionis fuisse Newmanum satis mihi probatum esse arbitror: spero perutile eius opus perfectum iri et ita iri, ut in reliquis libris magis quam in duobus prioribus aequi iudicis partes acturus sit.

Nunc antequam a Politicis transeam ad Ethicorum Nicomacheorum locos nonnullos tractandos, de tempore, quo extiterit utrumque opus, disserendum est. Nuperrime enim Bruno Keilius[62]) haec paulo post annum 353 perfecta, illa inter annos fere 350 et 335 scripta esse contendit, ut inde explicaret differentias quasdam sententiarum et opinionum sine dubio agnoscendas inter Politica et Politiam Atheniensium non ante annum 329 et non post 325 ortam[63]). At Aristoteles anno demum 335/4 Athenas reversus est ibique scholam suam aperuit, Ethica autem Nicomachea nunquam ab eo ipso edita, sed in discipulorum tantummodo usum exarata esse satis superque ut e tota huius libri condicione ita inde apparet, quod in eo multo etiam luculentius quam in ullo alio ad audientes semper, non ad legentes scriptor se vertit[64]). Ut igitur Poetica expressis verbis opponuntur τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις, velut praecipue

55) Nam etsi P¹ habet μαθόντες, tamen cum etiam corr. P⁴ παθόντες offerat, haec est genuina Π¹ recensionis lectio, v. n. 9.

56) Certe alterum [ἂν] sic tantum uncinis inclusum in textu servandum est.

57) Iterum [ἢ] ταῦτα ἢ ταῦτα saltem scribendum est.

58) Singularem διαιροῦντα commendat Newmanus verbis „cp. τὸν δικάστην 6“. Maiore cum iure pluralem διαιροῦντας commendare licet notissima illa in his rebus variandi more Aristoteleo. Unum tantum exemplum viro doctissimo in memoriam revoco luculentissimum Poet. 4. $1448^{b}5$—9.

59) et 60) V. tamen Newmani notas criticas.

61) Cf. Qu. crit. p. 379.

62) In libri bonae frugis plenissimi „Die Solonische Verfassung in Aristoteles Verfassungsgeschichte Athens“ (Berol. 1892) p. 122—126.

63) V. Torr. in Athenaei 3302. p. 158. Keil. Berl. phil. Wochenschr. XI. 1891. p. 613 sq. I. H. Lipsius Berichte der sächs. Ges. d. W. 1891. p. 45. n. 2. Ioh. Droysen. Zu Aristot. Ἀθηναίων πολιτεία, Berol. 1891. p. 22, ut de aliis taceam. Cf. quae contra Nissenium, qui in Mus. Rhen. XLVII. 1892. p. 197 sq. eam inter annos demum 325 et 324 elaboratam esse ostendere conatus est, monuit Keilius p. 148 sq.

64) I, 1. $1095^{a}2$ sqq. διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος . . . ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς, ad quae verba recte iam adnotavit Micheletius: „cum auditore, non cum lectore rem habet Aristoteles. illa igitur vox ἀκροατής luce clarius facit hoc opus Aristotelis, ut pleraque, ex praelectionibus in Lyceo habitis ortum, ab ipso Aristotele vel etiam a proximis eius discipulis hunc in ordinem redactum . . . esse, quem

dialogis[65]), sic idem cadit in Ethica ceteraque eiusdem generis scripta. Citantur praeterea duobus locis minime suspectis, X, 3. 1174^{b}3 et VI, 3. 1139^{b}27 et 31, illo verbis ἐν ἄλλοις εἴρηται Physicorum libri ΖΗΘ, hoc verbis ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς Anal. post. I, 1 et I, 2. 71^{b}21[66]). Num igitur Keilius logica et physica opera iam ante annum 353, hoc est antequam tricessimum primum vitae suae Aristoteles ageret, scripta esse putat?[67]) Num iam ante Platonis mortem credit ita excultam fuisse Aristotelis doctrinam, ut est in Ethicis, et Speusippi systema philosophicum ita tangi potuisse, ut tangitur I, 4. 1096^{b}5 sqq.?[68]) Et quid causae ipse affert ad sententiam suam stabiliendam? Ipsa eius verba exscribam: „Nun enthält der Schluss der Ethik (X, 10. 1181^{a}12—^{b}12) zugleich eine Polemik gegen Isokrates' Antidosis[69]) von solcher Heftigkeit, dass die isokrateische Schrift vor nicht allzu langer Zeit erst erschienen sein kann". Concederem, si fracta iam esset ultimis Aristotelis temporibus Isocratis auctoritas, at secus se rem habere nemo melius scit quam amicus meus Bruno Keilius. Alia autem apud eum argumenta frustra quaeretis, commilitones.

Sed mittamus Ethica. De Politicis haec scripsit Zeller[70]): „Die Politik berührt nicht bloss den heiligen Krieg VIII (V), 4. 1304^{a}10 als etwas Vergangenes und den Zug des Phalaekos nach Kreta, welcher am Ende desselben Ol. 108,3 (346 v. Chr.) Statt fand, mit einem νεωστί II, 10 Schl., sondern auch VIII (V), 10. 1311^{b}1 die Ermordung Philipps (336 v. Chr.), und zwar letztere ohne jede Andeutung davon, dass sie erst der neuesten Zeit angehöre". Ultima „und zwar etc." alto silentio transit Keilius[71]). Ego autem[72]) ad locum II, 10. 1272^{b}20 sqq. adnotavi haece: „An sich ist hier eine doppelte Möglichkeit. Entweder ist . . . an den phokischen Krieg zu denken. Phalaekos . . . kam nach seinem Abzuge aus Phokien schliesslich mit seinen Söldnern nach Kreta . . . Oder aber man könnte . . . die Aussendung des Agesilaos mit den Söldnern seines den Persern verbündeten Bruders, des

---

hodie servat": haud recte tamen post „redactum" addidit „atque editum". Aliter quidem rem expedire conatur Stewartus Notes on the Nicomachean Ethics of Aristotle (Oxon. 1892). I. p. 39, sed verum vidisse Micheletium ceteri loci ostendunt ab Onckenio Staatslehre des Arist. I. (Lips. 1870). p. 60 n. 1 collecti: I, 2. 1095^{a}12 sq. περὶ μὲν ἀκροατοῦ . . . πεφροιμιάσθω τοσαῦτα. ^{b}4 sqq. δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν περὶ τῶν . . . πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. X, 10. 1179^{b}24 sqq. ἀλλὰ δεῖ προδιειργάσθαι τοῖς ἤθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν . . · οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειεν λόγου ἀποτρέποντος κ. τ. λ. VII, 5. 1147^{b}7 sqq. λόγος . . . ὃν δεῖ παρὰ τῶν φυσιολόγων ἀκούειν. Comparari possunt tantum Polit. IV (VII), 1. 1324^{a}2 sqq. (sed v. quae adnotavi ad h. l.) et Soph. el. 34. 184^{b}3 sqq. (v. n. 67).

65) Poet. 15. 1454^{b}18. Nam citari his verbis dialogum de poetis nemo hodie negat.

66) Dudum hoc monuerunt Zeller Phil. d. Gr. II^3, 2. p. 71. 159 et alii.

67) Ex contrario etiam in fine logicorum Aristoteles postquam logicam disciplinam a se demum conditam esse monuit 183^{b}34—184^{b}3, auditores huius disciplinae respicit: εἰ δὲ φαίνεται θεασαμένοις ὑμῖν . . . ἡ μέθοδος ἱκανῶς παρὰ τὰς ἄλλας πραγματείας . . . , λοιπὸν ἂν εἴη πάντων ὑμῶν [ἢ] τῶν ἠκροαμένων ἔργον τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν ἔχειν χάριν. Utrum mecum ἢ delere velitis an servare, id hac in re nihil mutat.

68) Cf. Zeller l. l. p. 155. n.: „VII, 14. 1153^{b}55" (at haec prior de voluptate dissertatio vix Aristotelis est, sed Eudemi) „X, 2 Anf. wird von Speusipp und Eudoxus so gesprochen, als wären sie nicht mehr am Leben".

69) Cf. quae ad paene incredibiles Nisseni (p. 183) errores castigandos monet Keilius p. 146 sqq.

70) L. l. p. 154 sq. n. 1.

71) Miror omnino, quod p. 122. n. 1 Onckenium quidem citat, sed non Zellerum.

72) Aristot. Polit. griech. u. deutsch (Lips. 1879). II. p. 94 sq. n. 375.

Königs Agis II., durch den letzteren gleich nach der Schlacht bei Issos (333) zur Eroberung von Kreta verstehen . . . Da indessen beide Fälle passen, so würde Aristoteles, wenn er damals, als er diese Stelle schrieb, auch den zweiten bereits gekannt hätte, wohl nicht von einem auswärtigen Kriege, sondern von zweien gesprochen haben etc." Quae sine dubio Keilius refutavit his verbis: „die letztere Beziehung verbietet sich durch den Ausdruck der aristotelischen Worte[73]) von selbst. Erstens war der Feldzug des Agis kein ξενικὸς πόλεμος, denn ein König führte ihn[74]), zweitens besagt διαβέβηκεν, dass der Söldnerkrieg (?) aus einem andern Lande nach Kreta hinübergetragen wurde, drittens rechtfertigt, was wir über die Erfolge des Agis wissen, in keiner Weise den Inhalt des aristotelischen Schlusswortes. Die Worte gehen allein auf den Söldnerführer Phalaikos etc." Attamen quid inde sequitur? Si hoc verum est, nihil obstat, opinor, quominus omnino, si volumus, post annum demum 333 incepisse Politica elaborare Aristotelem credamus. Non igitur in suum favorem, sed in meum haec docuit Keilius. At alium locum VII (VI), 7. 1321ª 26 sqq. τὴν δὲ μετάδοσιν γίγνεσθαι τῷ πλήθει τοῦ πολιτεύματος ἤτοι καθάπερ εἴρηται πρότερον; τοῖς τὸ τίμημα κτωμένοις, ἢ καθάπερ Θηβαίοις, ἀποσχομένοις χρόνον τινὰ τῶν βαναύσων ἔργων, ἢ καθάπερ ἐν Μασσαλίᾳ κρίσιν ποιουμένους τῶν ἀξίων τῶν (τοὺς Niemeyer) ἐν τῷ πολιτεύματι καὶ τῶν ἔξωθεν invenisse sibi videtur vir acutissimus, ex quo ante annum 335 totum opus scriptum esse concludendum sit. Rursus audiamus ipsius verba: „So kann von Theben, namentlich neben dem noch bestehenden Massalia, ohne Restringierung nur gesprochen werden vor dem Sommer des Jahres 335; nach dieser Zeit muss es heissen Θηβαίοις ποτέ, denn es gab kein Theben mehr; die Institution wird aber als eine noch bestehende dargestellt". Hoc dicit Keilius, sed quid de eadem re ipse dicit Aristoteles, optimus procul dubio suorum verborum interpres? III, 5. 1278ª 25 sq. ἐν Θήβαις δὲ νόμος ἦν τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεσχημένον τῆς ἀγορᾶς μὴ μετέχειν ἀρχῆς: dicit ἦν, non ἐστί, itaque nihil superest, nisi ut concedamus altero illo loco posteriore philosophum non tam accurate locutum esse, quam philologus ab eo postulat[75]). Cetera, quae affert Keilius, ut metaphora contra alium quondam rectissime alibi[76]) ab eo adhibita nunc contra eum utar, merces sunt fragiles. Recte quidem scribit: „Es führt Nichts über das Jahr 335 hinaus", sed cur debuit Aristoteles inter exempla etiam res proximis annis gestas recipere? In Rhetoricis quoque hoc non fecit[77]). Neque plura probant Keilii verba „mich bestärkt die Beobachtung, dass vom Perserreich immer so gesprochen wird, dass nirgends ein Zweifel an seinem Be-

---

73) νεωστί τε πόλεμος ξενικὸς διαβέβηκεν εἰς τὴν νῆσον, ὃς πεποίηκε φανερὰν τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐκεῖ νόμων.

74) Hoc non intellego: πόλεμος ξενικός et mihi et, si recte memini, ceteris interpretibus omnibus nihil aliud significare videtur nisi „ein auswärtiger Krieg", et hoc quidem quadraret ad bellum Alexandri contra Persas. Sed fortasse nos omnes erravimus et Keilius recte reddit „Söldnerkrieg". Quamquam hoc non credo. Utrum enim mercenariorum fuerit hoc bellum annon, nihil ad rem, sed multum ad rem, quod fuit extraneum. Vide proxime antecedentia v. 15—20.

75) Recte iam rectaque cautione usus Zeller l. l.: „Ebenso wenig folgt aus Anal. II, 24, dass Theben damals noch nicht zerstört war; eher könnte man aus Polit. III, 5. 1278ª 25 für diese Schrift das Gegentheil abnehmen". Reapse enim sequitur aut solam hanc legem aut etiam ipsas Thebas iam non extare: non solum autem illud, sed etiam hoc dicere voluisse Aristotelem certum est, si ex aliis causis demonstrari potest Politica post annum 335 esse elaborata. Et hoc quidem me praestitisse arbitror.

76) Herm. XXV. 1890. p. 318.

77) Cf. Zeller l. l.

stehen aufkommen kann". Qui enim iudicio non praeoccupato legit quaecunque de Persis monet philosophus, frustra quaeret, cur non haec omnia eodem iure eisdem verbis monere potuerit, si iam ante paucos annos dirutum erat regnum Persarum, sed addere hoc debuerit aut unoquoque aut certe primo horum locorum[78]). Denique de verbis VIII (V), 10. 1312ᵇ10 sqq. ὥσπερ ἡ τῶν περὶ Γέλωνα καὶ νῦν ἡ τῶν περὶ Διονύσιον κ. τ. λ. perperam profecto **Keilius** hoc contendit: „Dion stirbt im Anfang 353. Das νῦν rückt die Zeit der Niederschrift dieses Teiles der Politik in die Nähe des letzten Datums". Immo νῦν adverbio opponitur tantummodo recentior tyrannis Dionysiorum antiquiorum temporum tyrannidi τῶν περὶ Γέλωνα: ergo non minus recte se habet haec particula, si scripta sunt verba anno fere 327, quam si inter annos 350 et 335[79]). Praeterea non in Asia minore et Macedonia, sed Athenis orta esse Politica res ipsa clamat. Unum afferre sufficit: democratia temperata VIII (V), 4. 1305ᵃ29 appellatur πατρία, quod quomodo explicandum sit, patet e II, 12. 1273ᵇ35 sqq. Σόλωνα δ' ἔνιοι μὲν οἴονται . . . δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν πάτριον[80]).

Quae cum ita sint, Ethica et Politica ut scripta sine dubio sunt post Physica, libros de coelo, Meteorologica, ita possunt esse scripta ante opera psychologica, physiologica, zoologica inter annos fere 332 et 330: multo tamen verisimilius est[81]) post ea nullas alias partes encyclopaediae Aristotelis philosophae esse secutas nisi Poetica, Rhetorica, Metaphysica. Quod si tenemus, Ethica vix possunt ante annum 327 esse perfecta, cautius de Politicis iudicandum est nunquam omnino perfectis. Politica enim non esse unius atque continui laboris opus, sed e diversis dissertationibus, quae diversis temporibus, quamquam, si rem universam spectamus, secundum idem consilium erant exortae, composita esse[82]) hodie inter omnes constat: ergo hoc

---

78) Ut hoc luce clarius appareat, omnes hos locos componam: III, 13. 1284ᵃ41 sqq. ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς Μήδους καὶ Βαβυλωνίους καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πεφρονηματισμένους διὰ τὸ γενέσθαι ποτ' ἐπ' ἀρχῆς ἐπέκοπτε πολλάκις. V (VIII), 5. 1339ᵃ33 sqq. τίνος οὖν ἕνεκα δέοι μανθάνειν αὐτούς, ἀλλὰ μὴ καθάπερ οἱ τῶν Περσῶν καὶ Μήδων βασιλεῖς, δι' ἄλλων αὐτὸ ποιούντων μεταλαμβάνειν τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μαθήσεως; ubi additum καὶ Μήδων quam maxime **Keilium** refellit. V (VIII), 11. 1313ᵃ36 sqq. τούτων δὲ τὰ πολλά φασι καταστῆσαι Περίανδρον τὸν Κορίνθιον, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τῆς Περσῶν ἀρχῆς ἔστι λαβεῖν. ᵇ9 sq. καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα καὶ βάρβαρα τυραννικά ἐστιν. Accedit in capite spurio IV (VII), 2. locus 1324ᵇ9 sqq. ἔτι δ' ἐν τοῖς ἔθνεσι πᾶσι τοῖς δυναμένοις πλεονεκτεῖν ἡ τοιαύτη τετίμηται δύναμις, οἷον ἐν Σκύθαις καὶ Πέρσαις καὶ Θρᾳξὶ καὶ Κελτοῖς.

79) Cf. **Zeller** l. l.: „Dass aber andererseits auch viel Früheres mit einem νῦν angeführt wird, wie Meteor. III, 1. 371ᵃ30 der ephesinische Tempelbrand (Ol. 106, 1. 356 v. Chr.), Pol. V, 10. 1312ᵇ10 der Zug Dio's (Ol. 105,4 f.), kann bei der Unbestimmtheit dieses Ausdrucks nichts beweisen".

80) Accedunt Theodorus histrio V (VIII), 17. 1336ᵇ27 sqq. et cetera, quae collegit **Zeller** l. l. p. 155 n. 1: nam cum Physica prius scripta sint quam Ethica et Politica, quae ex illis affert, etiam ad haec pertinent. Cf. etiam **Susemihl** Jahrb. f. Philol. CXXV. 1882. p. 745.

81) Id quod demonstravit **Zeller** l. l. p. 159.

82) Anne ab ipso Aristotele hoc factum esse putet **Keilius**, non satis clarum fit ex eius verbis: „Ich halte also dafür, dass zwischen den Sommern von 336 und 335 der Abschluss der Politik oder vielmehr der verschiedenen Entwürfe und Ueberarbeitungen der Politik erfolgt ist", eo magis ex eo, quod perperam scripsit p. 222 in adn.: „Es ist mir schon der Gedanke gekommen, ob nicht *eine* Fassung der Politik schon vor 339 *herausgegeben* wurde . . . Unmöglich macht das die Erwähnung der Ermordung Philipps nicht; sie könnte in einer späteren Fassung hinzugesetzt sein, und sonst sprechen die Daten der Politik doch eher für eine solche frühere *Herausgabe*". De non editis unquam ab ipso Aristotele Politicis satis iam est actum: ego ne id quidem, de quo nunc sermo est, puto unquam ab eo ipso esse factum. Ut enim haud pauca posteriore demum tempore periisse concedam, nimius tamen est numerus maiorum lacunarum, nimia etiam est confusio totius loci III, 15. 1286ᵃ20—16. 1287ᵇ34. Accedunt duplices recensiones, accedit in initiis librorum III et VI (IV), ubi

tantum sequitur ex omnibus his rebus, Aristotelem vix ante annum 334 in eis scribendis laborasse et vix ante annum 327 ab hoc labore abstitisse[83]). Quapropter etsi maxime inter se pugnant duo huius eiusdem operis loci II, 6. 1265^{b}24 -26 et IV (VII), 10. 1330^{a}9—23, tamen nisi aliae accederent causae, propter hanc solam eorum priorem ab ipso Aristotele abiudicare nequaquam auderem, cumque vel sic non desinat esse Politia Atheniensium plurimis Politicorum partibus posterius opus, eo minus propter similes repugnantias ab eo abiudicanda est tota, dummodo ne una alterave earum eiusmodi sit, ut sic scribere potuisse philosophus omnino non videatur. Verumtamen de hac re nolo disputare, praesertim cum ex mea sententia satis otiosum sit quaerere, utrum hic liber ex ipsius magistri calamo profectus sit an in eius schola sub eius tutela extiterit. Si me auditis, commilitones, inter has duas opiniones libera data est optio[84]), aliae omnes sunt reiciendae.

Sed haec hactenus. Ethicorum Nicomacheorum libri I. locum 1. 1094^{a}9--15 Bonitzium[85]) vel, ut rectius dicam, iam Aldum, Camerarium, Sylburgium, Zellium, Coraem secutus ita distinxi et edidi: ὅσαι δ' ἐστὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιητικὴ καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσίν, αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικήν, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑπ' αὐτά, nisi quod post ἁπάσαις non δὴ ex ΓM^b recepi, sed δὲ retinui contra Corais et Bonitzi sententiam, qua de re postea loquar. Et nunc quoque perperam censeo Bywaterum rediisse ad textum Bekkerianum. Quamquam enim recte monet etiam Aspasium τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον legisse totumque enuntiatum ita intellexisse, ut ὅσαι — δύναμιν protaseos sit anacolutho adhibito[86]) καθάπερ — ἑτέρας apodosis

δέ facillime inseri potuit, huius copulae defectus idemque defectus ullius copulae in initio II^1, ubi δέ, id quod supra dixi, perperam additum est in II^2 familia, γάρ potius requiritur, ut hoc initium stare queat praeterea non mutatum proxime post finem I^1. Cur librum IV (VII) hac in re nihil morer, supervacaneum est hoc loco repetere.

83) Ni fallor, quia quantum otii ei relinquebant Poetica, Rhetorica, Metaphysica, hoc totum consumebatur in scriptis historicis, velut Politiis, Institutis barbarorum, Didascaliis, Peplo aliis, elaborandis una cum Theophrasto aliisque discipulis. Πυθιονίκας scriptas esse ultimis Aristotelis annis inde apparet, quod scriptae sunt post Menaechmi, temporis antiquissimi Alexandrini scriptoris, Πυθικόν, v. Susemihl. Gesch. der gr. Litt. in d. Alexandrinerz. I. p. 532 sq.

84) Neque P. Caueri dissertatione Annal. philol. CXLV. 1892. p. 581—593 ita moveor, ut aliter iudicem. Nolo tamen dissimulare magis me inclinare ad hanc quam ad illam sententiam non solum propter causas a Cauero allatas, sed etiam quia non credo, cum per duodecim tantum ultimos vitae annos omnia scripserit opera nobis servata philosopha cum nonnullis perditis, satis ei relictum esse temporis, ut etiam historica ipse solus scribere posset.

85) Aristot. Stud. II. III. p. 46 sq., ubi optime monet haec: „Dass . . . der Nachsatz . . . anfangen muss . . . bei ἐν ἁπάσαις, geht aus der Erwägung des Gedankenganges mit Sicherheit hervor. Das Ziel jeder Kunst, sagt Aristoteles, und jeder überlegten Entschliessung ist ein Gut. Solche Ziele, welche als selbständige Werke existiren, haben" (addendum erat: da, wo sie existiren) „den Vorzug vor der blossen Thätigkeit und Handlung. Indem aber in dem Zusammenhange der verschiedenen Künste einige nur die Mittel und Werkzeuge für die anderen sind, so haben die Zwecke und die Werke der gebietenden Künste den Vorzug vor denen der dienenden. Wenn es nun einen Zweck giebt, der für keinen andern die Stelle des blossen Mittels einnimmt, so ist dieser das höchste Gut".

86) Si igitur hoc probat Bywater, signum interruptae orationis erat ei post δύναμιν ponendum. Extant haud dubie apud Aristotelem eiusmodi enuntiata, velut nunc Poet. 5. 1449^{b}5 sqq. expulsis nominibus Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις sic construo: τὸ δὲ μύθους ποιεῖν — τὸ μὲν πρῶτον ἐκ Σικελίας ἦλθεν, τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους, nam ἦλθεν verbi subiectum non est τὸ μύθους ποιεῖν sed, quod repetendum est ex clausula enuntiati, τὸ καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους.

rursus in protasin καθάπερ — στρατηγικὴν et apodosin τὸν αὐτὸν — ἑτέρας divisa, tamen sic aut pessima tautologia existit: „quaecunque artes ita comparatae sunt, ut earum unaquaeque alii uni obnoxia sit, aliis sunt obnoxiae“ aut sententia haec: „non eidem arti, sed diversis obnoxiae sunt“, quae tam vera est, ut nemo queat de ea dubitare, quam tamen eam ipsam ob causam eloqui dedecet, praesertim cum nullus plane eius usus sit in hac sententiarum perpetuitate. Praeterea sive quis illud sive hoc mavult, ἀεὶ saltem vel simile quid ad ἄλλα erat adiciendum, ut structura existeret et eiusmodi sententia, id quod sensit iam Aspasius: nam ἀεὶ addidit ipso[87]). Ergo protasis quidem ὅσαι — δύναμις sunt, sed parenthesis καθάπερ — ἑτέρας et ἐν ἁπάσαις κ. τ. λ. domum apodosis. Si igitur in hac apodosi δὲ servare licet, est iteratum illud ex enuntiato relativo in demonstrativo, neque recte „huic sententiae assentirer“ Euckenius[88]) inquit, „si Aristoteles scripsisset ἐν ταύταις δὲ“. Non enim tam angustis finibus circumscriptam esse hanc loquendi rationem apparet e loco supra tractato Polit. II, 2. 1261^{a}39 sqq., ubi legimus ἐν οἷς δὲ — τοῦτο δὲ κ. τ. λ. Praefero δὲ propter ipsam hanc rationem, quia non consecutiva est apodosis, sed periodi relativae alterum tantummodo membrum demonstrativum[89]). Largior Rassovio[90]), ut nondum mihi contigerit exemplum invenire, quo refutem quod contendit, dico iteratam hoc modo δέ particulam in talibus enuntiatis tunc tantum inveniri, si adversativa sit et non transitum dumtaxat ad aliam rem significet, ut significat reapse hunc dumtaxat hoc loco. Attamen si alterum exemplum, id quod vix credo, non extat, tamen nescio an forte hoc factum sit: certe nusquam, ni fallor, adhibita est haec repetitio, ut vis adversativa acueretur, sed ubique, ut coniunctio membri demonstrativi cum relativo antecedente, postquam longiore parenthesi interiecta quodammodo turbata est, restitueretur. Quamquam posse hunc in finem etiam δή adhiberi velut Latinorum „igitur“ et nostrum „also“ minime nego, sed ut Aristoteles, si δή potius scripsit, nihil aliiud voluerit, spero mihi largiturum esse Rassovium, si denuo rem reputaverit. Contra pro δή post τὸν αὐτὸν utique cum Aldina restituendum est δέ, nisi quis malit ante haec verba inserere καί, quod post κήν proxime antecedens facile potuit exidere. Verumtamen utrum δή an δέ, δεῖ an δή, δέ an γάρ scribendum sit, de his rebus et similibus codicum manu scriptorum non maior, quam ubi de spiritibus et accentibus agitur, hoc est omnino nulla est auctoritas. Optime de talibus quaestionibus nuper disseruit Stapfer[91]).

---

87 p. 4, 25 sqq. ὅσαι δέ εἰσιν ὑπὸ μίαν δύναμιν, ἀεὶ ἄλλη ὑπ' ἄλλην, καθάπερ ὑπὸ μὲν τὴν ἱππικὴν χαλινοποιητική, ἡ δὲ ἱππικὴ κ. τ. λ. Legit igitur etiam Aspasius χαλινοποιητική, non χαλινοποιική, quod e sola pr. K^b pessime receperunt Bekker, Ramsauer, Bywater, v. quae supra p. IV monui.

88) De Aristotelis dicendi ratione, Gotting. 1886. p. 25.

89) Rectissime Krischeus loco supra (in n. 11) laudato: „ὅσαι δ' kündigt den Satz an, der durch die Vergleichung, welche aber von ihm nicht zu trennen ist, unterbrochen wird; mit ἐν ἁπάσαις δὲ wird der unterbrochene Gedanke, der nun auch die Vergleichung in sich schliesst, wieder aufgenommen, so dass δὲ nach ἐν ἁπάσαις das wiederholte erste δὲ ist“. Non solum δέ repetere nonnunquam opus est, sed etiam (et multo quidem saepius) bene a prioribus interpretibus intellecta contra errores recentiorum, et non solum quidem Bekkeri et Bywateri, verum etiam Bonitzi et Rassovi, v. n. 90.

90) In Mus. Rhen. XLIII. 1888. p. 586, qui perperam cum Bonitzio l. l. p. 47 loquitur de δή particula „bei der Aufstellung der aus einer Induction zu ziehenden Summe“. Nam hoc loco neque summa inductionis est neque omnino inductio, sed sine inductione et demonstratione, quia res per se clara est, simpliciter dicitur in eis artibus, quae aliis, id quod exemplis illustratur, serviunt, imperantium fines maioris esse momenti quam servientium.

91) Kritische Studien zu Aristoteles' Schrift von der Seele. II. Landshut. 1890. Haud recte igitur

Neque melius rem gessit Bywater I, 4. 1096^{b}32 [92]), mirorque, quod idem vir, qui alibi nimium saepius auctoritatis K^b codici tribuit, hoc loco Rassovium [93]), qui in verbis εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι καὶ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθὸν ἢ χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτό hanc lectionem καὶ κοινῇ a K^{b}M^{b}C^c Eustratio Paraphrasta [94]) oblatam contra alteram τὸ κοινῇ firmissimis argumentis probavit, simpliciter eo sibi visus est refutasse, quod in Eth. Eud. I, 8. 1218^{a}5 sqq. legitur: οἷον εἰ τὸ διπλάσιον πρῶτον τῶν πολλαπλασίων, οὐκ ἐνδέχεται τὸ πολλαπλάσιον τὸ κοινῇ κατηγορούμενον εἶναι χωριστόν. Minime enim contendit Rassovius omnino non posse dici τὸ κοινῇ κατηγορούμενον χωριστόν ἐστι, sed id tantum contendit et ostendit, ab hac sententiarum continuatione hoc prorsus abhorrere. Suo igitur iure et Aristoteles hoc loco καὶ κοινῇ scripsit et propterea Noetelius [95]) coniecit eum similiter etiam v. 25. <καὶ> κατὰ scripsisse, nec minus recte Eudemus τὸ κοινῇ adhibuit in alio argumento (1218^{a}1–8), quod potius respondet ei, quod Aristoteles 1096^{a}17—23 in medium protulit: id, quod hic 1096^{b}32—1097^{a}13 tractat, ille brevissime reddit 1217^{b}23—25.

Summi boni definitio postquam inventa est in capite VI°, aptissime in capitis VII^i initio comparatur cum adumbratione, secundum quam postea elaborandum est ipsum opus: 1098^{a}21 sq. περιγεγράφθω μὲν ταύτῃ (δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι). Quod igitur ἀναγράψαι vocatur, nihil aliud est, nisi quod facit ipse Aristoteles per ceteras totius scripti partes inde a XIII° et ultimo libri primi capite, a quo potius inciperet liber II^{us}, si meliorem accepissemus divisionem: interea enim denuo examinat et accuratius explicat hanc definitionem. Eo magis mirandum est, quod pergitur: δόξειε δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, καὶ ὁ χρόνος τῶν τοιούτων εὑρετὴς ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς εἶναι (v. 22–24). Num tam parvi aestimavit Aristoteles opus suum inde a capite huius libri XIII°, ut id παντὸς esse putaret et, nisi ipse scriberet, tam facile alium hoc ita executurum esse tempore posteriore, ut non huius alius hoc meritum sit, sed magis saltem temporis, cui aut inventoris aut certe adiutoris partes essent tribuendae? Credat Iudaeus Apella! Si enim haec eius sententia erat, cur nihilominus ipse hoc opus perfecit? cur non tempori reliquit? cur non maluit parcum otium in aliis disciplinis encyclopaediae philosophae et eis quidem, quae maioris ei esse videbantur momenti, melius et plenius, quam factum est, tractandis con-

---

Bywater I, 6. 1098^{a}2 αὐτῇ e solo K^b pro αὕτη scripsit, haud recte I, 10. 1100^{a}21 δή respuit a me restitutum, v. quae Stewartus adnotavit ad h. l.

92) Recte tamen v 31. punctum posuit post οἰκειότερον.

93) Forschungen p. 53 sq.

94) Certe hic quoque non legit τὸ: habet enim p. 11, 7 sq. Heylb.: ἡ γὰρ ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ εἰ καὶ ἔστιν, ἥτις κοινῇ τῶν ἄλλων καὶ καθόλου κατηγορεῖται καὶ χωριστὸν τῶν ἄλλων κ. τ. λ.

95) In optimae illius dissertationis „Das vierte Capitel im ersten Buche der N. E.“ (Jahrb. f. Philol. CXIX. 1879) p. 34. Mirum in modum viri docti illam neglegere solent. Citat eam Rassovius in Mus. Rhen. l. l. p. 587, sed non reputat eius argumenta, et Stewartus si respexisset egregiam huius capitis dispositionem, quam nobis aperuit Noetelius, de verbis 1095^{a}34. ἀπορήσειε — ^{b}5 ἐφημέρου scribere non potuisset: „Susemihl brackets . . . as inserta ab editore antiquissimo. I do not think that bracketing is safe or helpful in a chapter like the present“. Non abiudicavi haec ab Aristotele: asteriscis tantum circumscripsi, quia neque hoc loco tolerari possunt, id quod uberrime et prorsus invictis argumentis demonstravit Noetelius, neque sic, ut sunt, in alium ullum traici, id quod partim ille eadem ratione, partim breviter ego ipse ostendimus.

sumere? At res etiam latius patet. Etenim si omnino definitionem accuratius persequi uniuscuiusque et temporis est, cur non acquievit in unaquaque disciplina in definitione? Et estne credibile sic eum omnino iudicasse, etiam in remotioribus litterarum partibus, velut inprimis in metaphysica? Sed ut ita sentiret, quomodo contendi potest inde, quod bonam adumbrationem ad ipsum opus efficiendum persequi uniuscuiusque et temporis sit, explicari etiam artium progressus, ὅθεν καὶ τῶν τεχνῶν γεγόνασιν αἱ ἐπιδόσεις (v. 25)? Quid commune est artium incunabulis et adumbrationi? Nihil aliud, nisi quod utraque sunt initia. Sed initia sunt prorsus diversi generis. Nam ad illa quodammodo saltem quadrant quae secuntur, παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον, quamquam profecto hoc quoque saepissime non παντὸς est, sed ut in adumbrationem quoque et definitionem queant quadrare, etiam absurdiora nobis credenda sunt, dico non solum per singula persequi definitionem, sed etiam ipsam definitionem emendare uniuscuiusque esse auxiliante tempore [96]). Haec tamen omnia cohaerent saltem, quamvis tennuissimo filo, cum antecedentibus v. 21 sq. Quae vero secuntur quid hoc loco sibi velint, ne Oedipus quidem potest divinare, et unum certe virum egregium, quamvis egregia, si per se spectentur, ei videantur, quadamtenus offenderunt Hermannum Rassovium [97]) Cohaererent solum, cum illis, si significarent definitionem ipsam summi boni non esse tam accuratam neque posse esse quam definitiones in scientiis severioribus. Et possemus hoc credere, si sola spectaremus proxima μέμνησθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων (1094^b11—27) χρή, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ. καὶ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν· ὃ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὃ δὲ τί ἐστι ἢ ποῖόν τι· θεατὴς γὰρ τἀληθοῦς. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐν ἄλλοις ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται (v. 26—33). Verum enim est definitionem summi boni vel beatitudinis non propter se ipsam secundum Aristotelis sententiam quaeri, sed quia est χρησίμη πρὸς τὸ πράττειν. Quamquam non hanc ob rationem minus accu-

96) Falsa igitur rectaque miscet Rassovius Forschungen p. 15: „Dass man nicht berechtigt sei, von politisch-ethischen Untersuchungen die volle wissenschaftliche Akribie zu fordern, wird . . . dem Leser nicht weniger als dreimal und zum Theil mit denselben Worten eingeschärft: I, 1. 1094^b11 sqq. I, 7. 1098^a26 sqq. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή κ. τ. λ. II. 2. 1103^b34 sqq. An der letzten Stelle, die den Uebergang zur Spezialuntersuchung bildet, hat die Wiederholung einer am Eingange der Schrift gemachten Bemerkung, auf die Aristoteles Gewicht legt, nichts Befremdendes, wohl aber an der zweiten Stelle. Hier lag um so weniger Grund vor, das kurz vorher Gesagte zum zweiten Male zu sagen, als eine Bemerkung verwandten Inhalts (Z. 22 ff.) voraufgeht, die völlig ausreichend ist (!), um übertriebenen Erwartungen und Anforderungen der Leser entgegenzutreten". Colligebam ex his verbis Rassovio spuria videri 26. μεμνῆσθαι — ^{b}8. ζητουμένων, idemque nuperrime ex eis collegit Stewartus Sed meliora me docuit Rassovius in Mus. Rhen. l. l. p. 596. n. 1: „Auch die an sich treffliche Stelle I, 7. 1098^a26 ff. habe ich keineswegs dem Aristoteles abgesprochen, sondern nur bemerkt, dass etc." At cur hoc adnotavit, si plane nihil inde voluit concludere? Accedit quod ipse nunc l. l. p. 588 sq. invictis argumentis demonstravit 1103^b26—1104^a27, quamquam ea quoque ab Aristotele abiudicanda esse non dixit, tamen, id quod iam intellexerit Euckenius Ueb. d. Methode u. d. Grundlagen der arist. Eth, Francof. ad M. 1870. p. 15, asteriscis esse circumscribenda. Dixit enim „stehen an einer verkehrten Stelle", alius autem locus, in quem transponi queant, non extat. Nonne inde eo magis suspiciosa fiunt etiam 1098^a26 sqq.? Respondi Rassovio Jahresber. LXVII. p. 121. n. 3: „Natürlich ist mein werther Freund der beste Ausleger seiner eigenen Worte, und ich nehme es nun getrost auf meine Rechnung das ganze Cap. mit Ausnahme der Anfangsworte als ein den Zusammenhang zerreissendes und schwachsinniges Peripatetikergewäsch zu bezeichnen, wofür ich den Beweis, wenn es nöthig sein sollte, nicht schuldig bleiben werde". Huic promisso me nunc satisfecisse existimo.

97) V. n 96.

ratae Aristoteli videntur ethica et politica, sed quia versantur ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις καὶ ἄλλως ἔχειν et propterea in τοῖς ἐπὶ τὸ πολύ tantum et verisimilibus minusque demonstrationem admittunt, qua causae (αἰτίαι = τὸ διότι), quam inductionem, qua sola facta (τὸ ὅτι) aperiuntur. Accedit quod nequit intellegi, cur hanc ob rationem et propter usum vitae, ad quem has disciplinas trahit philosophus, necesse sit etiam definitionem illam minus esse severam. Nam definitio semper, ut Aristotelem docuisse omnibus notum est, invenitur inductione vel rectius methodo quadam, quae inductioni similis est, coniuncta cum divisione et syllogismo, e definitione autem, quae rei notionem vel naturam comprehendit, oritur demum demonstratio, ut quae semper derivanda sit e rei natura. Dicit quidem postea Aristoteles ᵇ8 sq. σκεπτέον δὲ περὶ αὐτῆς οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, sed procul dubio non sunt sic premenda haec verba, ac si illa definitio ita esset detecta, ut nulla omnino definitio effici potest, solo syllogismo: hoc potius est, quod philosophus vult: via rationis sibi inventam definitionem argumentis ex experientia petitis etiam magis confirmare, ᵇ10. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς. Iam vero quae monui ab ipso scriptore statim adduntur: οὐκ ἀπαιτητέον δὲ οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐν πᾶσιν ὁμοίως, ἀλλ' ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι καλῶς (v. 33 – ᵇ1): „et ne hoc quidem eodem modo in omnibus disciplinis flagitandum est, ut causa afferatur, sed sunt, in quibus satis sit, si bene sit ostensum rem ita esse". Attamen secuntur οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς· τὸ δ' ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή (ᵇ2), quae quid sibi velint, difficile est dictu. Vox enim ἀρχή ita adhiberi potest, ut causas, ita etiam, ut facta, ita, ut utrumque, ita, ut definitionem significet: semper verba οἷον — ἀρχάς prorsus sunt inepta, et nemo adhuc explicare potuit, quid sit etiam in principiis contentum esse factis, neque video, quomodo hoc emendetur, si δ' cum Ramsauero expungamus deleta post ἀρχάς interpunctione. Sine dubio etiam ut principia, hoc est causas, e quibus facta derivantur et explicantur, detegamus, exeundum est a factis rebusque constituendis: sunt igitur facta, si principium vocabulum diverso sensu adhibemus, reapse principia principiorum: sed hae sunt merae facetiae futilesque, et ut eis uti voluerit scriptor, hoc non in quasdam tantum, sed in omnes disciplinas cadit. Multo igitur melius Zellerum secuti Muenscher[98]), Rassovius[99]), ego ipse verba illa οἷον — ἀρχάς seclusimus[100]). Attamen vereor, ne hoc sit lateram lavare. Nam vix minus inepta sunt posteriora τὸ δ' ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή. Si enim ad eas disciplinas pertinent, quae nihil amplius quam τὸ ὅτι attingunt, insulsa sunt, nam in eis τὸ ὅτι non minus finis est quam principium: sin vero in universum significant totam scientiam humanam e factis cognoscendis, hoc est, si ad radicem usque regredimur, e sensum perceptionibus initium cepisse, equidem non intellego, quemadmodum haec cohaereant cum sententia antecedente. Nam sive omnes disciplinae sive nonnullae tantum usque ad causas progrediuntur, hoc aeque verum est, aeque vera etiam quae nobis ita narrare pergit scriptor, ut denuo certe videamus non illud, sed hoc eum voluisse: τῶν δ' ἀρχῶν δ' αἳ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται, αἳ δὲ

---

98) Quaestionum crit. et exeg. in Arist. E. N. specimen, Marb. 1861. p. 18 sqq.

99) Forsch. p. 16 n. 1.

100) Stewartus scribit: „I think that οἷον — ἀρχάς may be an interpolation, but that we have no substantial grounds for condemning it as such". Qui ita loquitur, debebat causas allatas refellere et sensum verborum explanare, at utrumque ne conatus quidem est vir doctissimus.

αἰσθήσει, αἱ δ' ἐθισμῷ τινι καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως (b2 –4), cum ἀρχαί facta tantum significent. Dico aeque vera, sed adiciendum est: si vel sic prorsus vera sunt: valde enim dubito, num ex ipsius Aristotelis sententia facta omnino aliter queant cognosci quam aut αἰσθήσει aut ἐπαγωγῇ, dubito igitur, num αἱ δ' ἐθισμῷ — ἄλλως ex eius mente scripta sint. Sed utut haec se habent, subito iam transit ἀρχή in significationem definitionis, quamquam ea neque τὸ ὅτι neque τὸ διότι, sed τὸ τί doceri ne hunc quidem scriptorem fugere potuisset, si ipse scivisset, quid vellet, subitoque discimus frustra nos succurrere huic homini conatos esse eo, quod sumebamus fortasse eum monere voluisse in disciplinis minus accuratis etiam definitiones non posse non esse minus accuratas: contrarium nos docent ultima b4–8. μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασιν, καὶ σπουδαστέον ὅπως ὁρισθῶσι καλῶς. μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα (intellcg. οἱ ὁρισμοί). δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή, καὶ πολλὰ συμφανῆ γίγνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ἐπομένων, eaque est haud dubie etiam ipsius Aristotelis sententia. Omnia igitur haec etiam per se spectata minime sunt egregia, sed singula quidem maximam partem vera sunt, attamen ita se excipiunt, ut male inter se quoque cohaereant omnia, ex parte etiam praecedentia sequentibus tollantur. Taedet tot verba facere de re, quae mihi tam clara videtur, ut ne uno quidem indigeat: verumenimvero omnes viri docti ne Rassovio quidem ex epto mira cum patientia et tulerunt et ferunt, quin immo laudant omnes has ineptias, et nequeo negare subridentem me legisse Stewarti notam ad capitis sequentis verba iam supra allata: σκεπτέον δὲ περὶ αὐτῆς οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς. Scribit enim vir doctissimus, sagacissimus, diligentissimus: „αὐτῆς grammatically refers to ἡ ἀρχή in l. 7, but the sense requires us to understand εὐδαιμονίας“: nonne vero etiam simplicissimus homo videt sic ei respondendum esse: „o vir prudentissime et acutissime, num revera putas nihilominus ita scribere potuisse Aristotelem? nonne intellegis iam propter hanc rationem statuendam esse interpolationem, qua corrupta sint quae reapse scripsit? nonne intellegis, si deleantur 1098a22. δόξειε — b8. ζητουμένων, statim haec optime refici hunc in modum: περιγεγράφθω μὲν οὖν τὸ ἀγαθὸν ταύτῃ (δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι)· σκεπτέον δὲ περὶ αὐτοῦ οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ“?

Postquam tria esse bonorum genera, bona animi, corporis, externa, et summa eorum bona esse animi legimus 1098b12—15, secuntur τὰς δὲ πράξεις καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ψυχικὰς περὶ ψυχὴν τίθεμεν, v. 15 sq. Haec non intellego: nihil aliud enim significant quam meram tautologiam: „animi actiones animi sunt“. cum sententia potius postulet: „in bonis snnt animi“. Inde enim sequitur beatitudinem, si ἐνέργεια ψυχῆς est, ex animi bonis esse omnium bonorum optimis: οὕτω τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται dicit Aspasius p. 22,1. Nonne igitur exiderunt <ἐν τοῖς> vel <εἰς τὰ> ante περὶ ψυχήν?

1099a7 sq. tradita sunt τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν. Quid poscat sententia, intellexit Salomon[101]): <καὶ περὶ> τὰ ψυχικά. Lenior correctio est: <γίγνεται καὶ ἐκ> τῶν ψυχικῶν. Praeterea autem v. 10. δὲ permutandum est cum δή: nam duarum proprositionum

101) Notes on Aristotle's Ethics, Class. Rev. III. 1889. p. 196 sq.

harum τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι <γίγνεται καὶ ἐκ> τῶν ψυχικῶν et ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος, οἷον ἵππος μὲν τῷ φιλίππῳ, θέαμα δὲ τῷ φιλοθεώρῳ conclusio sunt τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὰ δίκαια τῷ φιλοδικαίῳ καὶ ὅλως τὸ κατ' ἀρετὴν τῷ φιταρέτῳ, quae simul aliis verbis id exprimunt, quod erat demonstrandum: ἔστιν δὲ καὶ βίος αὐτῶν (h. e. eorum, quorum est ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστος ἐν βίῳ τελείῳ) καθ' αὑτὸν ἡδύς (v. 7).

I, 11. 1100ᵃ26 sq. δῆλον δ' ἐνδέχεται verbis non ad aliam rem transitur, sed eadem aut confirmatur aut certe accuratius explicatur: quapropter aut γὰρ aut θ' pro δ' conicio.

Multo maioris momenti est decernere de 1101ᵃ16 sqq. Ibi secundum Rassovi[102]) argumentationes seclusi ἢ προσθετέον — 19. πάντως; Probat hoc, sed simul etiam sequentia εἰ δ' — ἀνθρώπους delere vult Stewartus. Improbat utrumque Rassovius [103]), sed aut stare aut cadere hoc enuntiatum cum antecedentibus et ipse existimat. Si hoc verum est, facio cum Stewarto, et fortasse est verum, attamen reputanda sunt quae monui alio loco, Jahresberichte LXVIII. p. 121. Utut autem hoc se habet, etiam βίον v. 16 expungendum est, si recte, id quod credo [104]), Arlethio [105]) βίος cum τέλειος adiectivo coniunctum non, id quod putat Rassovius, vitae temporis partem, sed vivendi rationem significare videtur. Cur autem antea I, 6 1098ᵃ18 sq. languida et frigida οὐδὲ μία ἡμέρα ab Aristotele abiudicare malim, clarum esse credo, quamquam Stewartus prorsus tacuit de hac coniectura.

Ceterum Bywater I, 1. 1004ᵃ29 sqq. interpunctionem bene constituit sic: φαίνεται. τίνας — διατάσσει· ὁρῶμεν — ῥητορικήν· χρωμένης, anne autem recte ibidem ᵇ4 secluserit πρακτικαῖς, in medio relinquo: revera enim ex Aristotelis hrgumentatione sequi videtur non practicas solum, sed omnes disciplinas subiectas esse politicae, cuius pars tantum est ethica, et fortasse noluit hanc speciem iam hoc loco diluere: attamen difficile hoc est creditu, cum fecerit illud demum VI, 13. 1145ᵃ6 sqq.: innuit modo, si πρακτικαῖς adiecit, et innuere iam minime supervacaneum erat. Deinde v. 15 probo πολλὴν ex Aspasio a Bywatero restitutum, sed minus probo v. 22 δὴ e melioribus fontibus et pluribus ab eo receptum. Nam haec non concluduntur ex antecedentibus, quamquam poterant ex eis concludi [106]), sed sequitur demum causa v. 23 sqq.: „Und ebenso dürfen auch die Zuhörer und Leser nicht mehr verlangen, denn etc." Optime vidit idem vir doctissimus I, 5. 1097ᵃ24 sq. verba μεταβαίνων — πειρατέον non ab ipso Aristotele esse adiecta, eandemque ob causam v. 25 δὲ recte se habere. Optime intellexit et ipse et Wilson I, 6. 1098ᵃ12. εἰ — 15. οὕτω ex altera recensione exorta esse. Optime I, 13. 1102ᵇ9 ex Aspasio una cum Mᵇ et e Kᵇ rectam composuit lectionem et distinctionem πλὴν εἰ μὴ κατὰ μικρόν, καὶ διικνοῦνταί τινες κ. τ. λ. Ingeniosa est eius coniectura I, 9. 1098ᵇ30 σύνωρος (cf. Hesych. σύνωρος· σύμφωνος), et revera si ita scripsit Aristoteles, facillime inde explicarentur traditae lectiones omnes: σύνορός Kᵇ, συνῳδός Mᵇ Oᵇ Asp. Eustr. Paraphr., συνοδός Cᶜ O², σύμφωνός Lᵇ. At fertasse philosophus non dicere voluit: „eiusmodi sententia concordat cum definitione

102) Forschungen p. 116—119.
103) Mus. Rhen. l. l. p. 588.
104) V. Jahresberichte LXVIII. p. 119 sq.
105) Βίος τέλειος in der aristot. Eth., Arch. f. Gesch. der Philos. II. 1889. p. 13—21.
106) Si potius scriptum esset καὶ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἀποδέχεσθαι κ. τ. λ.

mea", sed tantum: „est ei vicina" (σύνορος). Recte etiam I, 4. 1097^a9 e solo K^b recepit Bywater τὸ αὐτὸ τοῦτο, recte I, 11. 1100^b15. μονιμώτεραι scripsit, recte I, 5. 1097^a32 e solo Aspasio δι' αὐτὸ (δι' αὐτὰ K^b) sumpsit, quamquam ingenue fateor neque δι' αὐτὸ neque διὰ τοῦθ' mihi perplacere, ut nesciam an fortasse δι' ἄλλο (Γ) genuina sit lectio in δι' αὐτὸ corrupta, e quo deinde διὰ τοῦθ' factum sit. Denique recte demonstravit perperam me I, 4. 1096^a10 secutum esse Π^1 familiam. Eo tamen magis satius esse puto vulgatas lectiones contra hanc familiam vel solum K^b et contra Bywaterum servare etiam 1094^a13. $^b23$. 1095^a1 13. 27. 32. 1096^a23. $^b1$. 1098^a1. 11. $^b5$. 23. 1099^b8. 20. 1101^a18. $^b15$, praesertim cum ipse Bywater recte viderit τε, quod 1098^a1. 1101^b15 ex hoc solo codice inseruit, perperam a me 1102^b17 e $K^b M^b$ retentum esse. Dubius sum 1097^b30, ubi K^b libri lectio a Bywatero repudiata ποδὸς καὶ χειρὸς ab Aspasio confirmatur, et 1102^b6, ubi ἂν εἴη ab eo recepta non solum a K^b et C^c, sed item ab Aspasio quoque addita sunt. Ceterum haec omnia sunt minutiae.

Sed haec hactenus: plures Ethicorum locos, si Deo placet, in tertia harum quaestionum parte tractabo.

(4)

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXCIV — XCV

A DIE XXII MENSIS OCTOBRIS

HABENDARVM.

INEST FRANCISCI SVSEMIHL

QVAESTIONVM ARISTOTELEARVM CRITICARVM ET EXEGETICARVM PARS III.

GRYPHISWALDIAE
TYPIS IVLII ABEL
MDCCCXCIV.

VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

EDVARDVS KOSCHWITZ

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

Antequam locos nonnullos Ethicorum Nicomacheorum Aristoteleorum tractare pergam, retractandum mihi est quod in harum quaestionum secunda p. XII sq. de Politicorum et Politiae Atheniensium mutua temporum ratione concessi. Attentius enim re reputata non amplius credo etiam alterum illorum librum iam ante hanc esse perfectum: qua de quaestione quamquam accuratius alio loco agam, breviter tamen etiam hoc vobiscum, commilitones, causas communicabo, quibus permotus hodie sic iudicem. Nam ea quoque de re palinodiam vobis canere cogor, quod II, 6. 1265^b 24—26 οἰκεῖν ut ab ipso Aristotele abiudicanda sint, Maur. Schmidtio sum largitus, quia reapse ab hoc viro 1265^b 12 Φείδων — 17 ὕστερον et 1266^a 22 ὡς — 25 σκέψις recte damnata esse etiam nunc arbitror, fortasse etiam 1265^b 21 ἐπεὶ — 23 τινός, quibus tamen, ut hoc verum sit, adicere debebat etiam 1266^b 5 Πλάτων — 8 πρότερον. Cogor, quia minime sufficit argumentandi, quam haud dubie secutus est, ratio, cum repugnantiam, quae est inter hunc locum (dico 1265^b 24—26) et IV (VII), 10. 1330^a 9—23 alio modo explanari posse iam illic monuerim. Namque diversis temporibus diversas Politicorum partes haud dubie scripsit Aristoteles: quid igitur mirum, si interea sententiarum suarum vel hanc vel illam mutavit? Attamen si mutavit, haud admodum verisimile est eas ita esse ab eo mutatas, ut priore tempore dogma quoddam Platonis, ut fit 1265^b 24 sqq., reiceret, posteriore, ut fit 1330^a 9 sqq., probaret: ergo si genuina sunt verba 1265^b 24 sqq., liber II^{us} ortus esse videtur post libros novi ordinis IV^{um} et V^{um}, antiqui VII^{um} et VIII^{um}. Praeterea autem libri II^{i} caput XI^{um} tam accuratam prodit de Carthaginiensium forma civitatis notitiam, unde

nos paene omnia scimus, quae de ea scimus, ut studia certe in Politias ab Aristotele collata iam ante hoc caput exaratum procul dubio ab eo collata sint. Denique summi momenti ad dirimendam hanc quaestionem est caput XII^{um} vel potius prior eius pars 1273^b 25—1274^a 21. Quam philosophus cum scriberet, scivit salten iam vel scire sibi videbatur quattuor illas classes Atheniensium, pentacosiomedimnos, zeugitas, equites, thetes, non a Solone demum institutas esse, quoniam nihil esse in ipsa reipublicae constitutione ab hoc viro novatum dicit nisi iudicia ex omnibus civibus composita. Anne institutae fuerint a Draconte, non quidem dicit, at si recte vidit Wilamowitzius[1]) — et me certe iudice recte hoc vidit[2]) — ex uno eodemque fonte manasse quae de Draconte et quae de calumniis contra Solonem legimus in Politia Atheniensium, eoque libello nescio quo oligarchiae favente, si igitur ita se res habet, ab ulla abhorret verisimilitudine ex alio fonte esse hausta quae de adversariorum Solonis iudicio in hoc Politicorum capite referuntur[3]). Quod autem in altera eiusdem capitis parte scriptum est 1274^b 15 sq. Δράκοντος δὲ νόμοι μέν εἰσί, πολιτείᾳ δ'ὑπαρχούσῃ τοὺς νόμους ἔθηκεν, hoc quidem obstaret huic argumentationi, si hanc solam ob causam totam hanc partem 1274^a 22—^{b}26 ab Aristotele abiudicare vellemus, at alias potius propter causas, de quibus in harum quaestionum part. I. p. XVI sq. iterum egi et alio loco contra Wilamowitzium[4]) denuo agam, pro spuriis habenda esse haec omnia dudum intellectum erat, antequam detegeretur Politiae Atheniensium exemplar: ergo tantum abest, ut his verbis argumentatio illa infirmetur, ut illa potius iudicium de tota hac capitis parte haud parum confirmetur. Si autem libellum illum iam legerat Aristoteles, cum componeret ea, quae in genuinis eiusdem capitis verbis de Solone protulit, composita ea esse post Politiam apparet, cum in hac quae de Draconte afferuntur posteriore demum cura adiecta esse constet[5]). Accedit quod in hac (25. 27, 1) haud recte narratur a coniunctis Themistocle et Ephialte posteaque denuo a Pericle, contra in Politicis recte ab Ephialte et Pericle, et una quidem, ut videtur, ab ambobus deminutam esse Areopagi potestatem: transiit igitur philosophus a veritate ad errorem, si illud, ab errore ad veritatem, si hoc posteriore tempore scripsit, certumque quidem non est, at verisimilius tamen hunc transitum, non illum esse ab eo factum. Quod autem de forma civitatis a Draconte constituta in Politicis tacuit, tametsi eam cognovit, non est mirandum: recensere enim vult in hoc altero huius operis libro dumtaxat

---

1) Aristoteles und Athen, Berol. 1893. I. p. 62 sqq. 76 sqq. 161 sqq.

2) Sic iudicat etiam Ed. Meyer in recensione libri Wilamowitziani Litt. Centralbl. 1894. p. 75 sqq., quamquam suo iure negat satis demonstratum esse a Wilamowitzio I. p. 165 sqq. Theramenem fuisse illius libelli scriptorem.

3) Ipsius Wilamowitzi I. p. 74 adscribam verba: „die Tadler Solons in der Politik sind ganz offenbar dieselben βλασφημεῖν βουλόμενοι, mit denen die Politie sich auseinandersetzt, denn an beiden Orten wird derselbe Vorwurf ähnlich zurückgewiesen“.

4) I. p. 64 sqq.

5) V. Wilamowitz. I. p. 49 sq. 57 sqq.

εὐδοκιμούσας πολιτείας (c. 1. 1260^b 29 sqq. c. 11. 1272^b 24 sqq. c. 12. 1273^b 25 sq.), quarum in numero Solonea quidem fuit, minime vero Dracontea. Nisi igitur admodum fallor, ante Politiam Atheniensium extiterunt libri tantum Politicorum VII^{us} et VIII^{us} veteris ordinis (novi IV^{us} et V^{us}) et fortasse I^{us} et III^{us}, post eam per annos fere 325, 324, 323 ceteri huius operis libri nec non Poetica, Rhetorica, Metaphysica, pauca, si conferuntur cum multitudine operum per annos antecedentes octo ortorum: at reputandum est tribus ferme illis annis etiam Politias haud dubie ceteras, Νόμιμα βαρβαρικά, Didascalias aliaque eiusdem generis scripta emissa esse, ope quidem discipulorum adhibita, sed non sine cura magistri.

Ceterum non solum illa 1274^a 22—^{b}26 sunt a docto peripatetico nescio quo mala cum industria adiecta, sed idem cadit in alium excursum historicum IV (VII), 10. 1329^a 40—^{b}39 χώραν, quo prorsus turbari dispositionem expressis verbis ab Aristotele significatam alibi demonstravi[6]. Minus ab re sunt VIII (V), 12. 1315^b 11—39 recte forsitan contra me, certe haud contemnendis rationibus a Dielesio[7]) defensa. Neque me offendit, quod omnino de Hippodami persona adduntur quaedam II, 8. 1267^b 21—28, sed quae ibi addita sunt cur sani iudici viris Fuellebornio et Congreveo recte displicuerint, contra Duemmlerum[8]) demonstrare conatus sum in Annal. phil. CXLVII. 1893. p. 192, atque ea quoque minime me movent, quibus succurrere studuit de Holzinger[9]) verbis II, 10. 1271^b 30—40 διὸ καὶ νῦν οἱ περίοικοι τὸν αὐτὸν τρόπον χρῶνται αὐτοῖς, ὡς κατασκευάσαντος Μίνω πρώτου τὴν τάξιν τῶν νόμων. δοκεῖ δ'ἡ νῆσος καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἑλληνικὴν πεφυκέναι καὶ κεῖσθαι καλῶς· πάσῃ γὰρ ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, σχεδὸν τῶν Ἑλλήνων ἱδρυμένων περὶ τὴν θάλασσαν πάντων· ἀπέχει γὰρ τῇ μὲν τῆς Πελοποννήσου μικρόν, τῇ δὲ τῆς Ἀσίας τοῦ περὶ Τριόπιον τόπου καὶ Ῥόδου. διὸ καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως, καὶ τὰς νήσους τὰς μὲν ἐχειρώσατο τὰς δ'ᾤκισεν, τέλος δὲ ἐπιθέμενος τῇ Σικελίᾳ τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ περὶ Κάμικον vel potius 31 ὡς — 40 Κάμικον: nam priora 30 διὸ — 31 αὐτοῖς reicit ipse. Scribit enim: „Einen Anstoss finde ich nur an dem zweimaligen τὴν τάξιν τῶν νόμων[10]) und an der Bemerkung über die Bewohner von Lyktos διὸ—αὐτοῖς. Während nämlich Aristoteles von Lyktos als einer noch blühenden Stätte uralter Sitte spricht, beruht die angeführte Stelle offenbar auf der Kenntniss des im J. 220 v. Chr. erfolgten gründlichen Unterganges der Stadt und der Auswanderung der aus Lakonien abstammenden

---

6) De Politicis Aristoteleis quaest. crit. p. 404 sqq. Praeiverunt Brandisius, Boicsenus, Chandler.

7) Arch. f. Gesch. d. Philos. IV. 1891. p. 483 sq.

8) Prolegomena zu Platons Staat, Basil. 1891. p. 7 not.

9) In egregiae dissertationis Aristoteles' und Herakleides' lakonische und kretische Politien, Philologi LII (N. S. VI). 1893 insertae p. 96 sq.

10) Praecedunt enim: φασὶ γὰρ τὸν Λυκοῦργον, ὅτε τὴν ἐπιτροπείαν τὴν Χαρίλλου τοῦ βασιλέως καταλιπὼν ἀπεδήμησεν, τότε τὸν πλεῖστον διατρῖψαι χρόνον περὶ Κρήτην διὰ τὴν συγγένειαν· ἄποικοι γὰρ οἱ Λύκτιοι τῶν Λακώνων ἦσαν, κατέλαβον δ'οἱ πρὸς τὴν ἀποικίαν ἐλθόντες τὴν τάξιν τῶν νόμων ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς τότε κατοικοῦσιν.

Bürger (Polyb. IV, 53). Darum erwähnt der Verfasser dieser in den Text gedrungenen Randnotiz, dass selbst noch in späterer Zeit die nichtlakonische Umwohnerschaft des ehemaligen Lyktos die alten Sitten zu erhalten beflissen war". At sic etiam minus servari possunt verba repetita τὴν τάξιν τῶν νόμων: num vero probabilis est duplex eiusmodi interpolatio? nonne probabilior subiectio continui totius loci? Certe quia in Politia Cretensium memoratus erat Minos primus eorum legumlator, minime opus est etiam in Politicis eum ab Aristotele non esse silentio praetermissum. Aliud enim scribendi genus in Politiis, aliud in Politicis adhibuit philosophus, cuius de discrimine historiae et philosophiae iudicium in Poet. 9. 1451^b 5 sqq. factum: φιλοσοφώτερον καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστίν· ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δὲ ἱστορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει κ. τ. λ. in memoria tenere debet qui ipse vult recte iudicare de ratione utriusque tractandae ab eo adhibita. Iam quid ad crisin, cui subicere formam reipublicae administrandae Cretensium, qualis Aristotelis tempore erat, solus est huius capitis finis, quid, quaeso, confert, utrum talis, qualis ab initio fuerat, antequam regum officia ad cosmos transirent, a Minoe sit an ab alio condita, et utrum Minos imperium navale exercuerit cecideritque in Sicilia an non? Conferret, si Cretenses etiam postea tale imperium obtinuissent et hoc ex parte saltem factum esset hac forma. At plane contrarium dicit ipse Aristoteles. Quod Creta propter situm tum ad imperium maritimum recuperandum tum ad quietem ab externis hostibus minime turbatam capiendam (1272^b 15—22) apta videtur, non ita quidem, id quod libenter concedo Holzingero, huic rei illa contradicit, ut nequeat cum ea consociari, sed si omnino commemorabatur, consocianda erat, non ita separanda, ut ante crisin sola illa, in ipsa crisi sola haec afferretur: sic enim reapse extat contradictio.[11]) Neque ad praecedentia accuratius illustranda et explananda quidquam proficiunt verba δοκεῖ δ' ἡ νῆσος—Κάμικον.

Nunc de Poeticorum capite ultimo nonnulla adicio. Secundum enim Vahleni[12]) coniecturam et Vahlenus in prima huius opusculi editione sua et ego in altera mea in verbis 1461^b 26—1462^a 4 πότερον δὲ βελτίων ἡ ἐποποιικὴ (an ἐποποιητικὴ?)[13]) μίμησις ἢ ἡ τραγικὴ βελτίων, ἀπορήσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ ἡ ἧττον φορτικὴ βελτίων, τοιαύτη δ' ἡ πρὸς βελτίους θεατάς ἐστιν ἀεί, λίαν δῆλον ὅτι ἡ ἅπαντα μιμουμένη φορτική· ὡς γὰρ οὐκ αἰσθανομένων, ἂν μὴ αὐτὸς προσθῇ, πολλὴν κίνησιν ποιοῦνται, οἷον οἱ φαῦλοι αὐληταὶ κυλιόμενοι, ἂν δίσκον δέῃ μιμεῖσθαι, καὶ ἕλκοντες τὸν κορυφαῖον, ἂν Σκύλλαν αὐλῶσιν. ἡ μὲν οὖν τραγῳδία

---

11) Una tantum in re erravi, quod l. l. p. 377 scripsi: πάσῃ—πάντων mirum profecto est loquendi genus ad significanda haec: „universo enim imminet mari ei, circa quod habitant Graeci fere omnes". Immo sensus est, ut eum Germanice reddam, hic: „während sich fast alle (andern) Griechen um das Meer herum niedergelassen haben, liegt Kreta so recht drauf auf dem ganzen Meere". Attamen nonne hoc quoque offendit? Num enim non extat occidentalis quoque maris pars accolarum Graecorum plena, cui minime imminet Creta? Nimium igitur his verbis dictum est.

12) Beiträge zu Aristot. Poet. IV. p. 392 sqq.

13) V. harum quaestionum part. II. p. IV.

τοιαύτη ἐστίν, ὡς καὶ οἱ πρότερον τοὺς ὑστέρους αὐτῶν ᾤοντο ὑποκριτάς (ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα πίθηκον ὁ Μυννίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει· τοιαύτη δὲ δόξα καὶ περὶ Πινδάρου ἦν)· ὡς δ' (immo δὴ) οὗτοι ἔχουσι πρὸς αὐτούς, ἡ ὅλη τέχνη πρὸς τὴν ἐποποιίαν ἔχει· τὴν μὲν οὖν πρὸς θεατὰς ἐπιεικεῖς φασιν εἶναι, ⟨οἳ⟩ οὐδὲν δέονται τῶν σχημάτων, τὴν δὲ τραγικὴν πρὸς φαύλους· εἰ οὖν φορτική, χείρων δῆλον ὅτι ἂν εἴη inter λίαν et δῆλον inseruimus δὲ, ut essent λίαν—φορτική tertia protasis et ἡ μὲν οὖν τραγῳδία—πρὸς φαύλους in quartae locum substituta, et apodosis ultimis demum verbis εἰ οὖν—εἴη vel potius χείρων—εἴη contineretur. Neque Vahlenum, etsi postea hanc particulam rursus exterminavit, poenituit huius coniecturae[14]), contra ego nunc aliter sentio. Recte profecto iudicasset Vahlenus esse non posse duarum protaseon harum εἰ γὰρ—βελτίων et τοιαύτη δ'—ἀεὶ iam λίαν—φορτική apodosin, si addita non esset confirmatio ὡς γὰρ—αὐλῶσιν: sic vero cum haec tertiae protaseos vice fungatur et non expressis quidem verbis, sed nihilominus satis perspicue demonstret imitationem omnia imitantem ad deteriores spectatores quadrare, quoniam deteriores sine dubio sunt qui ita se tractari patiantur, quasi nihil perspicere queant nisi quae ipse addat actor, omnia optime sic procedunt: 1) minus rudis imitatio melior est, 2) minus rudis semper ea est, quae quadrat ad meliores spectatores, 3) ad meliores spectatores quadrat ea, quae non omnia imitatur: ergo omnia imitans rudis (eamque ob causam deterior) est. Tunc demum sequitur conclusio applicata: tragoedia si cum epopoeia comparatur, omnia est imitans (ἡ μὲν οὖν τραγῳδία—ἐποποιίαν ἔχει), ergo ad deteriores se vertit spectatores (τὴν μὲν οὖν—φαύλους), ergo rudior (non satis accurate dicit Aristoteles: „rudis": εἰ οὖν φορτική), ergo deterior est (χείρων—εἴη). Iam igitur dilabitur etiam Christi suspicio λίαν—φορτική postea in margine adiecta esse conicientis, recteque intellexit Vahlenus τοιαύτη post ἡ μὲν οὖν τραγῳδία positum idem esse atque πάντα μιμουμένη, non idem atque φορτική, id quod perperam putat Gomperzius[15]), eumque ipsum in finem philosophus in ratiocinatione praecedente confirmationem illam ὡς γὰρ—αὐλῶσιν e tertiae protaseos loco detraxit et post apodosin collocavit, ut statim ei liberius conformatae adnecteret haec: ἡ μὲν οὖν τραγῳδία ἐστὶ τοιαύτη κ. τ. λ. Ceterum idem Gomperzius pro αὐτούς legere mavult αὑτούς, ut diu ante eum God. Hermannus, at res admodum dubia est. Expectamus quidem ἐκείνους pro αὐτούς, verumtamen cum praecedat τοὺς ὑστέρους αὐτῶν, etiam αὐτούς non est vituperandum, et fortasse ita est explicandum, ut pergat scriptor e mente antiquiorum histrionum tragicorum loqui, meliusque sane dicitur: ut posteriores illorum ad priores (e priorum iudicio) se habent, ita epopoeia ad tragoediam, quam: ut illi inter se. Recte Gomperzius monet ἐπιεικεῖς et φαύλους

[14]) Nam etiam in tertiae editionis ab eo paratae p. 287 legimus haec: „ratiocinationem qui accuratius perpenderit, concedet fortasse non de nihilo fuisse quod supra 1461^{b} 28 δὲ addi post λίαν volueram etc."

[15]) Das Schlusscapitel der Poetik, Eranos Vindobonensis (Vindob. 1893), p. 71—82. Quae de verbis ἂν μὴ αὐτὸς προσθῇ contra Vahlenum monet Gomperzius, verissima sunt, attamen actor omnia ipse addens et imitans ea ipsa re simul nimis exaggerat et versa vice qui nimis exaggerat, simia simul est omnia imitans: ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα πίθηκον κ. τ. λ.

adiectiva non solum ad intellectum spectare, verum etiam ad mores, sed perperam me eis adnumerat, qui hoc non satis perspexerint: immo ego quidem ut utrumque coniungerem, verti: „für ein edleres und feineres Publicum" et „für ein gemeines und ungebildetes"[16]).

In verbis proxime sequentibus 1462^a 5 sqq. particula adversativa aegre caremus, quamobrem probo Ussingi coniecturam πρῶτον μὲν ⟨οὖν⟩ οὐ: nam μὲν οὖν interdum ponitur pro μέντοι, velut Polit. III, 1. 1275^a 11. IV (VII), 10. 1329^b 25.

Primus autem post me, id quod summo cum gaudio vidi, Gomperzius intellexit ab uno Usenero perspectum esse, quid 1462^a 14 postulet sensus, cur vero libentius credat ab Aristotele scriptum fuisse ἔστι δέ, ἐπεὶ τά, postea ab antiquo librario ἔπειτα δέ ἐστι, inde denique extitisse ἔπειτα διότι, quam, id quod voluit Usener, ἔστι δέ, ὅτι genuinam fuisse scripturam, deinde, ut saepius, ἔστι permutatum esse cum ἐπεί, denique malo corrigendi studio ex ἐπεὶ δὲ ὅτι factum esse ἔπειτα διότι, equidem non assequor. Mihi potius hoc aeque facile fieri potuisse videtur atque illud, ut nova illa coniectura minime indigeamus, praesertim cum τὰ articulus melius fortasse absit quam adsit, certe prorsus sit supervacaneus. Ceterum etiam nunc puto spuria esse καὶ γὰρ τῷ μέτρῳ ἔξεστι χρῆσθαι (v. 15): nam non de diversis metris hoc loco sermo est, sed de quattuor illis partibus tragoediae et carmini epico communibus, quae sunt μῦθος, ἤθη, διάνοια, λέξις μέτρῳ ἡδυσμένη. Neque consentire possum cum Gomperzio corruptelam, quae inest in verbis καὶ οὐ μικρὸν μέρος τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ὄψεις, δι' ἧς αἱ ἡδοναὶ συνίστανται ἐναργέστατα (v. 15 sq.), transponendis καὶ τὰς ὄψεις post ἐναργέστατα tollere studente. Rectissima sunt quae ipse sibi opponit: „Der Ausdruck ἐναργέστατα, der die höchste Lebendigkeit und, wenn man so sagen darf, Leibhaftigkeit des Eindrucks bezeichnet, scheint so trefflich für die ὄψις zu passen, dass man sich nur schwer entschliesst ihm einen anderen Bezug zu leihen", vanaque quae affert ad hoc refutandum: „Allein dieser Scrupel schwindet, sobald wir den unmittelbar folgenden Satz ins Auge fassen: hier erkennt Aristoteles eben das ἐναργές dem durch die Lectüre vermittelten nicht minder als dem durch die scenische Aufführung hervorgebrachten Eindruck zu". Minime enim his proximis verbis εἶτα καὶ τὸ ἐναργὲς ἔχει καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων (v. 17 sq.) negatur neque potuit negari ab Aristotele, admodum sanae mentis viro, actione scaenica vividam illam tragoediae vim augeri, oblitusque est Gomperzius ἔργα non solum e rebus scaenicis constare, verum etiam e cantu et musica, hoc tantum contenditur etiam in mera recitatione vividiorem esse effectum tragoediae quam poeseos epicae. Accuratius dicere potuit philosophus: οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει aut καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει, καὶ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἔργων aut prorsus omittere καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, neque tamen ut olim ita nunc quoque sic ipsum fortasse scriptorem corrigere audeo: cum enim non εἶτα dum-

[16]) Vahlenum potius eis adnumerare debebat: is enim (Beitr. IV. p. 395) reddit „gebildet" et „ungebildet".

taxat, sed εἶτα καὶ scripserit, reapse etiam traditis verbis, etiamsi minus bene et perspicue, expressa sunt quae dicere et voluit et debuit. Itaque cum Vahleno potius pro δι' ἧς restituendum est aut αἷς aut δι' ἅς. Fortasse deinde, ut duo haec enuntiata ἔστι δέ, ὅτι πάντ' ἔχει ὅσαπερ ἡ ἐποποιία, καὶ ἔτι οὐ μικρὸν μέρος τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ὄψεις, αἷς αἱ ἡδοναὶ συνίστανται ἐναργέστατα et εἶτα καὶ τὸ ἐναργες—ἔργων artius inter se continerentur, sicut sunt continenda[17]), mutatur constructio: ἔτι τῷ ἐν ἐλάττονι μήκει τὸ τέλος τῆς μιμήσεως εἶναι (v. 18 sq.: intellege κρείττων ἐστί), quapropter coniecturam et lenissimam et forsitan rectam τὸ a Winstanleio propositam mihique in editione priore receptam et nunc a Gomperzio probatam in posteriore sub textu tantum posui.

Neque in sequentibus 1462ᵇ 1 sq. τὸ γὰρ ἀθροώτερον ἥδιον ἢ πολλῷ κεκραμένον τῷ χρόνῳ sine ullo scrupulo applicare me possum Gomperzi sententiae τῷ χρόνῳ secludentis, quoniam non omnia, quibus multa admiscentur, hac re fiunt ὑδαρῆ, sed ea sola, quibus liquida multa admiscentur, ea vero, quae secundum temporis rationem maiore mixtura longiores fiunt, tandem aliquando excitant molestiam. Libentius igitur, ni fallor, tolerabimus traditam lectionem quam Gomperzi correctionen, quae vereor ne maius malum procreet quam quod sanare vult.

Contra recte ᵇ5 μιμήσεως expunxit vir doctissimus, recteque commendavit ᵇ6 μείουρον a Camotio propositum. Porro ante ᵇ7 λέγω δὲ οἷον lacunam agnoscendam esse ego quoque nunc existimo. Quam Gomperzius sic fere explendam esse conset: ἄλλως δὲ ποικίλον, melius haud dubie iudicans Vahleno[18]), sed, si quid video, minus bene Ueberwegio, qui ἐὰν δὲ μή, ἐπεισοδιώδης ἡ μίμησις addidit. Huius vestigia sequens ἐὰν δὲ μή (vel cum Gomperzio ἄλλως δὲ), ἐπεισοδιώδη conicio: habent enim ὑδαρῆ et οδιώδη maiusculis scripta similitudinem quandam litterarum, unde fieri potuit, ut antiquus librarius tum interiecta verba omitteret tum ἐπεισοδιώδη.

Sed quae de antecedentibus 7 ἀκολουθοῦντα τῷ μέτρου μήκει monet Gomperzius: „Der Verfasser der Poetik sagt uns selbst 1460ᵃ 2 f. in einem Athem, dass noch Niemand eine μακρὰ σύστασις in einem andern als im heroischen Versmass gedichtet, und dass die Natur selbst die Menschen das (dem Inhalt und der Kunstform) entsprechende Versmass wählen gelehrt hat. Aus Beidem zusammen erhellt zweifellos, dass er der Meinung war, das mächtig dahinrollende (?) hexametrische Versmass sei für eine fortlaufende umfangreiche Darstellung vorzugsweise geeignet. Es kann daher nicht im Mindesten befremden, wenn er den weiten Umfang epischer Darstellungen als durch das dem Epos eigenthümliche Versmass gefordert bezeichnet, und eben dies besagen die hier vorliegenden Worte", ea sunt subtiliora quam veriora. Namque μέτρου μῆκος non naturam metri significat, sed longitudinem, hexameter autem non

[17]) Perperam Vahlenus comma ante ἔτι posuit pro puncto.

[18]) Nam quae Vahlenus proponit, ἂν δὲ μή (intellege ἕνα μῦθον ποιῶσιν), οὐ μία ἡ μίμησις, meram paene efficiunt tautologiam.

longior est trochaico tetrametro et iambico et brevior anapaestico. Missis igitur talibus argutiis recipere praestat Bernaysio auctore, quod postulat sententia, τῷ συμμέτρῳ μήκει.

Tandem ad Ethica transeo. In primi eorum libri capite septimo 1098^b 15 sq. non ego verum inveni, cum in harum quaestionum altera parte ⟨ἐν τοῖς⟩ περὶ ψυχὴν proponerem, sed Carolus Goebelius, qui in huius partis recensione[19]) τὰς ψυχικὰς secludenda esse docuit. Contra idem Goebelius si legerit, quae de capite XI° disseruimus Rassovius[20]), Arlethius[21]), ego[22]), intelleget peripateticos quidem, non vero ipsum Aristotelem ita iudicasse, ut βίος τέλειος totam adulti hominis vitam comprehenderet itaque vera beatitudo neque perire posset neque recuperari, et hoc si intellexerit, fortasse non cum Rassovio faciet, qui nihilominus verba 1101^a 16 ἢ προστεθέον — 19 πάντως ab Aristotele non ausus est abiudicare, sed aut mecum, qui ea induxi[23]), aut cum Stewarto[24]), qui etiam sequentia 19 sq. εἰ—ἀνθρώπους damnavit. Certe hoc spero.

Liber secundus, postquam, ut par est, verba 2. 1103^b 26 — 1104^a 26, utpote quae fortasse ab Aritstotele scripta, attamen, si hoc factum erat, postea seposita sint, ut seundum eius voluntatem in Ethica non reciperentur[25]), una cum 1106^a 24 πῶς — 26 αὐτῆς[26]) asteriscis et caput VII^{um} (1107^a 28 — 1108^b 10), quippe quod sit peripatetici nescio cuius additamentum[27]), uncinis seclusimus, e tribus constat partibus, quas ipse philosophus enumerationibus duabus 1105^a 14 — 17 εἰρήσθω et 1109^a 20 — 24 ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶν διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἱκανῶς εἴρηται interiectis distinxit. Nam in earum priore 1105^a 14 ὅτι μὲν οὖν—λύπας spectant ad proxime praecedentia 1104^b 4 — 1105^a 13, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται (nonne potius scribendum est ἐξ ὧν γίνεται καὶ αὔξεται, ὑπὸ τούτων καὶ φθείρεται?) μὴ ὡσαύτως γινομένων (v. 14 — 16) ad 1103^b 6 ἔτι — 25 et sic quodammodo ad 1103^a 14 — ^{b}25, cum haec omnia artissime inter se cohaereant, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ (v. 16) ad 1104^a 27 — ^{b}3[28]), quorum corollarium sunt sequentia 1105^a 17 ἀπορήσειε — ^{b}18, posteriore autem

---

[19]) Wochenschr. für klass. Philol. X. 1893. p. 738 sq.

[20]) Forschungen über die Nikom. Eth., Vimar. 1874. p. 116 sqq. Zu Aristoteles, Mus. Rhen. XLIII. 1888. p. 588.

[21]) Βίος τέλειος in der aristot. Eth., Arch. f. Gesch. der Philos. II. 1889. p. 13 sq.

[22]) Jahresbericht LXVII. p. 119 sq. 121.

[23]) Eadem est sententia Arlethi p. 17. n. 6.

[24]) Notes on the Nicomachean Ethics of Aristotle. Oxon. 1892. I. p. 146 sq.

[25]) Intellexit rem Euckenius Ueber die Methode und die Grundlagen der Ar. Eth., Francof. a. M. 1870. p. 15, invictis argumentis demonstravit Rassovius Zu Aristot., Mus. Rhen. XLIII. 1888. p. 588 sq.

[26]) In editionis meae nota ad 1103^a 26 delenda sunt verba 1105^a 14. καὶ ὅτι — 16. γιγνομένων et: pessime erravi.

[27]) V. harum quaestionum part. I. p. XVIII. n. 55.

[28]) V. Rassov. l. l. et cf. n. 26.

comprehenduntur capita IV. V. VI (1105^b 19—1107^a 27). VIII (1108^b 11—1109^a 19), quoniam verba καὶ πῶς (1109^a 20) etiam octavi argumento satisfaciunt: tertia igitur pars est solum c. IX (1109^a 24 διὸ—^{b}26). Et in singulis locis paene minutiae dumtaxat sunt, quae nobis scrupulos iniciant.

Cur 1. 1103^a 22 αὐτὸν a K^b M^b C^c[29]) P^2 Paraphr. (?) omissum eamque ob causam a Ramsauero et me expulsum restituerit Bywater, equidem non assequor. Difficilius est decernere, anne 2. 1103^b 33 ὁ ante ὀρθὸς λόγος contra omnes fontes meliores cum Bywatero addere utique opus sit. Cur 4. 1105^b 19 idem vir clarissimus contra morem suum codicem optimum hoc loco etiam C^c et O^1 libris adiutum deseruerit, iterum non dispicio. Denique nunc quoque 5. 1106^b 13 rectius esse puto recipere εἰ δὴ οἱ lectionem, lenem εἰ δ' οἱ scripturae a K^b C^c traditae correctionem, quam cum Bywatero vulgatam οἱ δ' retinere. Cum enim praecedant v. 8 sqq. εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτως τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα καὶ εἰς τοῦτο ἄγουσα τὰ ἔργα (ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις ὅτι οὔτε ἀφελεῖν ἔστιν οὔτε προσθεῖναι, ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σῳζούσης), non novum quoddam adiciunt οἱ ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες ἐργάζονται (v. 13 sq.), ut his demum verbis parenthesis absolvatur, sed repetunt priorem protasin tali ratione, quali iam parenthesi accuratius illustrata est, ut hoc quoque loco ἐπιστήμη et τέχνη non severiore usu loquendi adhibito inter se opponantur, sed in unum quodammodo coeant: apparet hoc e nova protasi ἡ δ' ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα κ. τ. λ.

Multo pluribus locis Bywater solum K^b codicem secutus est, ubi ego in vulgata acquievi. 1. 1103^b 9 omittit cum eo οἱ ante κακοί, quod ut fieri queat, eundem articulum etiam ante ἀγαθοί delendum esse probe intellegit: et commendatur haec textus constituendi ratio non solum eo, quod postea v. 11 sq. ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι et κακοὶ dictum est, verum etiam eo, quod v. 10 οἱ ante οἰκοδόμοι in deterioribus tantum fontibus H^a N^b Z^c O^1 P^2 Ald. Paraphr. invenitur, quapropter ibi seclusit Ramsauer, expunxit Bywater. At facillime οἱ excidere potuit ante οἰκοδόμοι, et cum hoc articulo ante λοιποὶ carere nequeamus, dubito scribere οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ (nam alius generis sunt quae contulit Vahlenus ad Poet. 4. 1449^a 1), si autem οἱ οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ recipienda sunt, etiam antea sunt οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίγνονται κιθαρισταί retinenda. Dubius etiam sum 2. 1104^a 24, ubi e solo K^b πᾶσαν, 1104^b 18, ubi ex eo solo πρῴην, 3. 1105^a 21, ubi e K^b C^c O^1 cum Bekkero et Ramsauero τὰ μουσικά, 1105^b 2 sq., ubi e solo K^b οὐδὲν ἢ μικρόν, 4. 1105^b 22, ubi e solis K^b C^c

---

[29]) Aliis siglis nunc utor ad significandos codices Britannicos atque in editione mea: $O^{1.2.3}$ nunc mihi sunt Z^c (Oxoniensis collegi corporis Christi, CCC apud Wilkinsonem et Stewartum), O^1 (Oxoniensis collegi novi, CN), C^c (Cantabrigiensis, olim Ioannis Mori episcopi Eliensis, Wilkinsonis El.: erravi, cum hunc quoque codicem esse Oxoniensem putarem). Optimus eorum et antiquissimus est C^c, de quo v. quae monui in ed. Magn. Mor. p. VIII. Z^c codicem in Magnis Moralibus Z nota insignivi Bekkerum secutus, at ipse Bekker in aliis operibus hanc notam alii codici tribuit.

φθόνον, θάρσος[30]) pro θράσος, φθόνον, ibidem 32, ubi e solis K^b C^c cum Ramsauero καί, 1106ª 9, ubi e K^b solo cum Ramsauero ἔτι pro καὶ ἔτι, 7. 1108ª 6. 16. 31, ubi rursus ex eodem solo καλέσωμεν, εἰσί, παθήμασι scripsit, nec non 2. 1104ª 32, ubi corruptam primae K^b codicis manus scripturam μάλιστ' ἃ δύναιτ' αὐτὰ eleganter sic correxit recentior: μάλιστ' ἂν δύναιτ' αὐτὰ et haec recepit Bywater. Prorsus non mihi persuasit, ut lectiones optimi codicis has in verbis continuis ponendas esse credam: 7. 1107ᵇ 16 τὰ om.[31]), 1108ª 4 τὴν ὀργήν, 16 οὔτ' ἐπαινετὰ οὔτ' ὀρθά, 35 ἢ μηδέν, 8. 1108ᵇ 34 ἀπ' ἀλλήλων. Contra recte sine dubio recepit 3. 1105ª 32 ἐὰν καὶ (K^b). 5. 1106ª 22 ἡ ἕξις (K^b). 1107ᵇ 3 ὁ δ' ἐν τῷ (K^b M^b C^c). 1108ª 31 ἐν τοῖς om. K^b. 9. 1109ª 23 καὶ ἐν ταῖς (K^b). ᵇ15 καὶ πῶς (K^b L^b), nec non 8. 1108ᵇ 27 superlativus πλείστη ex omnibus haud dubie fontibus (nam eundem procul dubio legerunt etiam interpres, paraphrasta, Aretinus) cum eo reponendus est. Eo autem minus credo 9. 1109ª 15 comparativum εὐκαταφορώτεροί temeraria Bywateri interpolatione textui obtrusum iam ab interprete in codice suo esse lectum. Immo repetere cogor et confidentius repetere quae dudum, et timidius quidem, quam par erat, alio loco[32]) monui: positivus εὐκατάφοροί est optimum indicium, quo freti Spengelium iudicemus hac quoque in re ut in permultis aliis verum vidisse, cum 16 ἢ πρὸς κοσμιότητα nihil nisi notam olim in margine cum praemisso μᾶλλον adscriptam eamque pravam esse censeret, quoniam sententia potius poscit ἢ πρὸς ἀναισθησίαν. Cadunt profecto argumenta, quae contra eum protulit Bonitzius artificiosa et arguta[33]), postquam positivum illum solum traditum esse apparuit, praesertim cum nullo alio apud Aristotelem loco, id quod item dudum monui[34]), κοσμιότης legatur, sed ubique σωφροσύνη.

2. 1104ª 25 sq. verbis φθείρεται κ. τ. λ. id continetur, quod demonstrandum erat: aut igitur ex δὲ, quod praebet K^b, reficiendum est δή aut ex γάρ, quod in ceteris inest fontibus, ἄρ'. Consentit Bywater, sed cur ἡ deleat non minus a K^b

---

30) θάρσος ipse recepi, sed non collocationem verborum.

31) Tametsi supra v. 9 χρημάτων sine articulo scriptum est.

32) Die Bekkerschen Handschriften der Nikom. Eth., Annal. philol. CXVII. 1878 p. 632. n. 4: „So ist es denn Bonitz Zeitschr. f. Gymnasialw. XXVI (1872) S. 894 f. bei seiner eifrigen und scharfsinnigen, aber doch wohl etwas überscharfsinnigen Vertheidigung des Bekkerschen Textes an dieser Stelle gegen die Conjecturen von Spengel begegnet, dass er eben selbst, ohne eine Ahnung davon zu haben, eine blosse Conjectur (εὐκατάφοροί ἐσμεν ⟨μᾶλλον⟩ Turneb.) vertheidigt hat. Dieser Fall könnte ein recht lehrreiches Beispiel abgeben". Praeterea v. n. 34. Collegi in hac illius commentationis pagina locos, quibus Bekker scripturas ab omnibus codicibus recedentes e vulgata servavit et hoc in apparatu critico non adnotavit, hoc tamen Heylbutius, cum ederet commentatores, neglexit maluitque Bekkeri errores repetere.

33) Cf. n. 32.

34) Diederichsenium secutus Jahresber. IX (1878). p. 354. n. 19: „Gut ist die Bemerkung, dass der Ind. Aristot. für κοσμιότης ausser Eth. N. 1109ª 16 nur noch ein Beispiel aus einer unächten Schrift nachweist. Nun fehlt aber μᾶλλον Z. 15, was Bekker entging, in allen Handschriften und der Aldina und ist erst von Turnebus zugesetzt. Unter diesen Umständen ist es mindestens fraglich, ob es nicht in der That wegzulassen, folglich aber auch nach Spengels Vorschlag ἢ πρὸς κοσμιότητα zu streichen ist, womit alle Anstösse gehoben wären".

quam a ceteris codicibus oblatum et credere malit e δὴ extitisse δ' ἡ et inde δὲ ἡ, equidem minime intellego.

1104^b 29 sq. ediderunt ante Bywaterum omnes: γένοιτο δ'ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν, rectissime nunc editor hic novissimus ὅτι e codice optimo restituit: pronomina τῶν αὐτῶν significant ἡδονῶν καὶ λυπῶν: eam tamen ipsam ob rem nescio an delendum sit τῶν.

3. 1105^a 15 cur supra et sic iam dudum in editione ὑπὸ τούτων post αὔξεται transponenda esse coniecerim, hac de re disserere non opus mihi esse existimo: ipse hoc videbit, opinor, unusquisque. Quapropter admodum miror, quod et Bywater et Stewartus coniecturae huius ne mentionem quidem fecerunt. Confirmatur etiam omisso in verbis 2. 1104^a 27 sq. ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις καὶ αὐξήσεις καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται articulo οἱ ante αὐξήσεις: nam sic γενέσεις καὶ αὐξήσεις inter se coniunctae opponuntur φθοραῖς. Cf. 1. 1103^b 7 sq. ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθείρεται.

1105^b 11 sq. priores editores omnes secundum codices scripserunt ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλήσειε γενέσθαι ἀγαθός, recte Bywater γενέσθαι permutavit cum γίνεσθαι. At vix aliter se habent 2. 1103^b 28 ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα, cur igitur illic respuit γινώμεθα a me ex M^b refectum?

De 5. 1106^a 24—26 v. quae supra monui.

7. 1107^a 32 δέον δὲ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν recte vertit Rieckher: und im Einzelnen muss die Untersuchung mit der Wirklichkeit zusammenstimmen", at haec est consecutio antecedentium περὶ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις rursusque simul id continet, quod erat demonstrandum: δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν (v. 28 sq.): rursus igitur, ut scripsi, δὴ scribendum est.

1107^b 10 sqq. post περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν μεσότης μὲν ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία secuntur ἐναντίως δ' ἑαυταῖς ὑπερβάλλουσιν καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος ἐν μὲν προέσει ὑπερβάλλει ἐν δὲ λήψει ἐλλείπει, ὁ δὲ ἀνελεύθερος ἐν μὲν λήψει ὑπερβάλλει ἐν δὲ προέσει ἐλλείπει cum his variis lectionibus: 11 δ'ἑαυταῖς L^b et rc. C^c, δ'ἑαυτὰς N^b O^l P^2, δὲ αὐταῖς M^b, δὲ αὐτὰς O^b Ald., κατ' αὐτὰς Z^c, αὐτὰς pr. C^c, δὲ καὶ αὗται Γ, δὲ K^b, cumque sic hoc loco admodum lapsus sit optimus codex, optimo testimonio codicis dignitate secundi L^b nititur scriptura δ'ἑαυταῖς post Bekkerum et Ramsauerum a me quoque reposita, cui praeterea opitulatur lectio ex illa haud dubie depravata δ'ἑαυτάς. Nihilominus eam reiecerunt Rassovius[35]) et Bywater, quorum ille vel δ'ἐν αὐταῖς vel cum M^b δ'αὐταῖς scribendum esse ratus hoc praetulit, rectius hic illud[36]). Sane potuit sic scribere auctor, at clare atque

[35]) Mus. Rhen. XL. 1885. p. 315.

[36]) V. Bywater Contributions to the textual criticism of Aristotle's Nicomachean Ethics, Oxon. 1892. p. 30: „The amended reading here, δ'ἐν αὐταῖς, is based on that in L^b, δ'ἑαυταῖς, which may well represent δεαυταῖς: comp. the confusion of οὐδ' ἂν and οὐδὲ in the MSS. in 1118^a 16. The construction

perspicue sic nequaquam scripsisset. Namque sic non solum dubium fit, utrum maneat idem subiectum ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία an iam e sequentibus aliud ὁ ἄσωτος καὶ ὁ ἀνελεύθερος anticipetur, verum etiam utrum αὐταῖς ad ὑπερβολῇ καὶ ἔλλειψις an ad δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν referendum sit. In δ'ἑαυταῖς autem nihil video offensionis, nisi quod iam hoc loco ad ὑπερβάλλουσιν καὶ ἐλλείπουσιν subiecta potius ὁ ἄσωτος καὶ ὁ ἀνελεύθερος tum sensui tum constructioni magis apta expectamus: quae offensio si nimia videtur, facillime dissolvi potest accepta Stewarti coniectatione δ'ἑαυτοῖς.

Proxime secuntur v. 14—16: νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ· ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται, de quibus recte Welldon in translatione Anglica adnotat haec: „I have placed this sentence in a parenthesis, as it interrupts the argument respecting the right use of money". At hoc hanc ipsam ob causam vix sufficit: asteriscis potius circumscribenda sunt: aptus eorum locus erat 1107ᵃ 33 ante περὶ μὲν οὖν, sed illic non quadrant ad formam orationis.

Ibidem v. 20 traditum est: διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα, verumtamen hoc nihil est novi, sed repetitur tantum ex antecedentibus 17 sqq. ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου· ὃ μὲν γὰρ περὶ μεγάλα, ὃ δὲ περὶ μικρά, ubi hoc discrimen iam adumbratum est: itaque hoc quoque loco δὲ mutandum est in δή.

Ibidem v. 25 ⟨τῷ⟩ περὶ μικρὰ διαφέρουσαν cum Ramsauero scribit Bywater: vereor, ut in hac correctione acquiescere liceat: ⟨τῷ⟩ περὶ μικρὰ ⟨εἶναι⟩ διαφέρουσαν vel περὶ μικρὰ [διαφερ]οῦσαν coniecit Rassovius[37]): illud nimis violenta est mutatio, praestat hoc, quod commendatur etiam a Stewarto[38]).

In verbis 1108ᵇ 3 sqq., quae secundum certissimam, ut mihi videtur, Sauppei emendationem ita edidi: ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν, ὁ δὲ φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον ἐπὶ πᾶσιν λυπεῖται, ⟨καὶ ὁ μὲν νεμεσητικὸς ἐπὶ τοῖς ἀναξίως κακῶς πράττουσι λυπεῖται,⟩ ὁ δ' ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι, ὥστε καὶ χαίρειν, Bywater hanc restitutionem ne commemoravit quidem[39]), et Stewartus ei opponit haec: „I cannot help thinking that it is awkward to characterise the νεμεσητικός in two closely adjacent clauses, instead of once for all; and I do not see why we should not be allowed to give its natural weight to the word ἐπιχαιρέκακος, and mentally supply ἐπὶ πᾶσι τοῖς κακῶς πράττουσι after χαίρειν. A Greek, I feel sure,

---

with the preposition ἐν is dominant throughout this Ch.; there is but one exception (besides the present), that in 1107ᵇ 1, and it is easy to bring it into conformity by reading τῶν ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν ⟨ἐν⟩ ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος".

[37]) Mus. Rhen. XLIII. p. 590.

[38]) Paulo post v. 32 sqq. corrigendi sunt errores in Bywateri apparatu critico: cum 33 καὶ — 1108ᵃ 1 ἀφιλότιμον omissa sint in Lᵇ Mᵇ Oᵇ, textus horum verborum nititur solis Kᵇ Nᵇ P² Ald. Ar., cumque μὲν etiam in Kᵇ omissum sit, non nimis audacter Bywater hanc particulam ante ὅτε transposuit. Errore tantum factum etiam est, ut in editione mea 1108ᵃ 32 ὁ exciderit ante αἰδήμων.

[39]) Tacuit etiam de Corais et Rassovi sententiis 1108ᵃ 33 sq., quae prorsus recta mihi videntur. Attulit eas Stewartus, sed probare non ausus est.

could not think of the ἐπιχαιρέκακος 'rejoicing at the success' of any whone, good or bad: hence Grant's objection falls to the ground — 'Again, the ἐπιχαιρέκακος kannot be said τοσοῦτον ἐλλείπειν ὥστε κ. τ. λ., for he does not rejoice at the success of the good etc.' I therefore think that Sauppe's clause is unnecessary". Quae contra Grantium monet, vera sunt, at non tangunt Sauppeum, quoniam etiam si probamus eius additamentum, perspicuum est ἐπιχαιρέκακον, cum vel bonorum hominum incommodis gaudeat, omnino alienis malis gaudere. Neque reputavit Stewartus imperfectam esse νεμεσητικοῦ definitionem, nisi sive ante τοῖς ἀναξίως εὖ addatur τοῖς ἀναξίως κακῶς ἢ sive post illa verba ἢ τοῖς αναξίως κακῶς aut Sauppei coniecturam probemus multo probabiliorem. Dico multo probabiliorem: nam dirempta sic in duas partes νεμεσητικοῦ definitio non modo defenditur, verum etiam commendatur eo, quod sic clarius elucet, quomodo νεμεσητικῷ oppositus sit φθονερός, et quomodo ἐπιχειρέκακος. Quamquam, id quod bene perspexit Grantius neque negavit, sed excusavit tantum Stewartus, revera φθονερὸς et ἐπιχαιρέκακος unus idemque est, non ille huic maxime oppositus. Potuit in hoc vitium incidere Aristoteles ipse, cum vero postea IV, 15. 1128^b 10 sqq. αἰδώς quidem, non vero νέμεσις paulo accuratius tractetur, eo magis totum hoc caput non ipsi, sed peripatetico alicui tribuendum est.

9. 1109^b 2 miror quod Bywater a lectione e Γ M^b Q mihi recepta καὶ πρὸς ἃ ad vulgatam πρὸς ἃ καὶ rediit et Stewartus de his verbis plane tacuit, praesertim cum e tertia scriptura a H^a N^b P^2 oblata καὶ πρὸς ἃ καὶ appareat iam antiquis temporibus καὶ particulae locum variasse. Sententia enim non est: „debemus id observare, ad quod ut alii ita etiam ipsi", sed „id quoque, ad quod ipsi sumus propensi, unusquisque secundum propriam ipsius naturam".

E tertio libro nunc locos tantum colligo, quibus lectiones optimi codicis K^b a me non receptas in textu posuit Bywater: 1110^b 20 (τι). 31 (τὰ συμφέροντα K^b et fort. Asp.). 1111^a 25 (δι' om. K^b Asp.). 28 (καὶ θυμόν K^b). 29 (τὸ om. K^b). 1111^b 16 (ἐπιθυμία δ'ἐπιθυμίᾳ Γ K^b Asp.). 1112^a 3 (ἢ alterum om. K^b). 9 (δὲ K^b). 28 (ἀνθρωπίνων ἁπάντων K^b). 31 (καὶ ante πρακτῶν add. Γ K^b et αἰτίαι K^b M^b P^2 Asp.). 1112^b 8 (ταύτας K^b). 15 (τὸ τέλος τὸ K^b: quo iure Bywater τὸ τέλος lectionem etiam Aspasio tribuat, non video). 1113^a 4 (κριθὲν K^b). 20 (τὸ ante βουλητὸν om. K^b L^b M^b O^b Asp., add. H^a N^b C^c Z^c P^2 Ald. Paraph.: falsa rettulit Bywater). 33 (ἐν ante τοῖς add. K^b). 1114^b 3 (μή, οὐθεὶς K^b O^b C^c). 28 (καὶ primum om. K^b O^b C^c Ar.). 1115^b 27 (τὰ om. K^b C^c Ald.). 1116^b 4 (τις om. Γ K^b N^b O^b Paraphr.). 1117^a 5 (6: δὴ Γ K^b L^b). 8 (τὸ om. K^b). 1118^a 13 (ἐπιθυμημάτων K^b Asp. et pr. Z^c) et 16 (ἐπιθυμήματα K^b L^b M^b Ald. Ar. et corr.[1] P^2). 1118^b 23 (τῷ Γ K^b L^b N^b P^2 Ald. An. Ar. et τῷ eidem fontes praeter N^b). 1119^a 5 (τὰ ante περὶ add. K^b O^b C^c). 11 (μὲν post μέσως add. K^b). Et recte quidem hoc fecit 1111^a 25. ^{b}16. 1112^a 3. 31. 1113^a 4. 20. 1115^b 27. 1116^b 4. 1117^a 5. 1118^b 23 et fortasse etiam 1111^a 28. 1114^b 28

(ubi iam in editione adscripsi: „fors. recte"). 1117ª 8 (ubi admodum dubius sum). 1119ª 5 (ubi item iam adscripseram: „fors. recte": nondum tamen mihi contigit, ut sic intellegerem constructionem, tacentque de hac re tam Bywater quam Stewartus). Contra, ne de ceteris locis accuratius loquar, 1118ª 13 et 16 ἐπιθυμημάτων et ἐπιθυμήματα, quamvis melioribus testimoniis nitantur, falsa, ἐπιθυμητῶν (Γ Oᵇ Cᶜ P² Paraphr. Ar.) et ἐπιθυμητὰ (Hª Nᵇ Oᵇ et pr. P²) vera esse suo iure monuit Noetelius[40]), qui rectissime vocabulorum 10 μήλων et 12 μύρων sedes inter se permutari iussit. Nam ἐπιθύμημα aut ubique aut, si omnino, qua de re maxime dubito, pro ἐπιθυμητόν poni potest, certe paene ubique cupidinem potius significat, ut idem sit atque ἐπιθυμία, nullumque huius vocis ab Aristotele adhibitae exemplum invenitur in Bonitzi indice Aristoteleo. Utrum autem 1114ᵇ 3 μή, οὐθεὶς an μηδεὶς praestet, haec res longiore eget disputatione, quam in quartam harum quaestionum partem differo.

Ex contrario Kᵇ librum secutus eram in editione mea, ubi eum deseruit Bywater, 1111ᵇ 1. 1113ᵇ 29. 1115ª 32. 1118ª 23, et reapse 1115ª 32 melius esse videtur αἱ ex Nᵇ Oᵇ P² Ald. post τιμαὶ addere, ubi facillime excidere potuit. De reliquis tribus locis in eadem maneo sententia. Namque 1111ᵇ 1 recte mihi omissum esse videtur πάθη a pr. Kᵇ, quoniam non intellego, quomodo πάθη comprehendere queant etiam πράξεις, quamquam v. 2 minus recte idem codex verbis quoque ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας caret, quae secundum meam coniecturam αἱ praemisso servat Bywater. 1113ᵇ 19 nisi meliora edoctus ero, collocationem verborum ὁτιοῦν ἄλλο, qua evitatur hiatus, tolerari posse etiam in posterum credam, 1118ª 23 δή (Γ Kᵇ Oᵇ Cᶜ Zᶜ P² Ald. Paraphr.) recte se habere, non δ' demonstravit Noetelius[41]).

[40]) Annal. philol. CXXXIX. 1889. p. 723 sq.
[41]) L. l. p. 725 sq.

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXCV — XCVI

A DIE XXI MENSIS OCTOBRIS

HABENDARVM.

INEST FRANCISCI SVSEMIHL

QVAESTIONVM ARISTOTELEARVM CRITICARVM ET EXEGETICARVM PARS IV.

GRYPHISWALDIAE
TYPIS IVLII ABEL
MDCCCXCV

VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

VICTOR SCHULTZE

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

Tres sunt Poeticorum Aristoteleorum loci, quibus philosophus de originibus et initiis comoediae Atticae egit. Et primus eorum 3. 1448ᵃ 29 sqq. διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας οἱ Δωριεῖς, τῆς μὲν γὰρ κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς οἵ τε ἐνταῦθα (ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης) καὶ οἱ ἐκ Σικελίας (ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος), καὶ τῆς τραγῳδίας ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, ποιούμενοι τὰ ὀνόματα σημεῖον. οὗτοι (αὐτοὶ recte Spengelius) μὲν γὰρ κώμας τὰς περιοικίδας καλεῖν φασιν, Ἀθηναῖοι δὲ δήμους, ὡς κωμῳδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως, καὶ τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν δρᾶν, Ἀθηναίους δὲ πράττειν προσαγορεύειν iam est tam accurate tractatus a viris doctissimis, ut nihil habeam, quod adicere possim[1]). Bis Aristoteles immixta relationi suae oratione directa, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος κ. τ. λ. et Ἀθηναῖοι δὲ δήμους, ea significat, quae ipse probat[2]), de ceteris rebus iudicium suum retinet[3]), et ego sequor eius exemplum: credo quidem cum Wilamowitzio[4]) ignotum fuisse Stagiritae Susarionem, nam si notus ei fuisset, vix potuit hoc silentio transire, quod in huius poetae memoria, sive vera fuit persona sive ficta, nitebantur Nisaei Megarenses velut in Epicharmi Hyblaei, sed ignoro, utrum antiquissimorum temporum comoedia Attica rudissima e Megaren-

---

1) Cf. inprimis de Wilamowitz Die megarische Komoedie, Herm. IX. 1875. p. 319—341.

2) Recte hoc monuit Wilamowitzius l. l. p. 334 sq.

3) Perperam Wilamowitzius l. l. p. 334 sq. hanc dubitationem permutat in negationem.

4) L. l. p. 334 sq.: „wenn Aristoteles keinen aelteren als Chionides nennt, so that er das entweder weil er Susarion nicht kannte oder weil er an ihn nicht glaubte". Non hoc, sed illud verisimilius est.

sium Nisaeorum nugis etiam rudioribus originem traxerit an nugae illae prorsus sint in rerum fabulosarum numero habendae. Neque profecto hoc est magni momenti. Recte tamen iam Welckerum[5]) offendit causa, quam attulerunt Megarenses: ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης. Namque sententia illorum verborum nulla alia sine dubio nisi haec est: iam antiquissimam illam comoediam suam contendebant ad irridendos eos spectasse, qui in republica administranda versabantur: at sic haec comoedia non tam Dorum fuisset quam eorum, qui olim horum imperio subiecti erant, tunc vero rebellaverant et aequa iura cum dominis prioribus recuperaverant. Neque A. Koerteo[6]) largiri possum, ut pulvini ventris anique comoedorum Atticorum, cum etiam in Satyris Silenisque saltantibus appareant, qui in vasis quibusdam Corinthiis picti sunt, a scurris Peloponnesiis ad illos transierint. Non possum, quia de tragoedia verba faciens Aristoteles dicit quidem: ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, quod vero ad comoediam attinet, de Megarensibus solis loquitur. Nihil igitur e talibus figuris concludere audeo, nisi quod iam conclusit Alb. Mueller[7]), dico deformitatem illam cohaerere cum cultu Dionysi. E scriptore Megarico haud dubie hausit Aristoteles, sed quis fuerit, nescio: fortasse Dieuchidas erat.

Ex altero potissimum loco 4. 1449ᵃ 9 sqq. γενομένη δ'οὖν (sic recte Bekker pro γενομένης οὖν, nam δ'οὖν requiritur propter praecedens μὲν οὖν v. 7) ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ αὐτὴ (i. e. ἡ τραγῳδία) καὶ ἡ κωμῳδία, καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικά, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα κ. τ. λ. iure suo collegerunt recentiores[8]) parabasin fuisse vetustissimam comoediae Atticae partem, utpote in qua ex orationibus extemporalibus, quas chororum phallicorum duces addere solebant horum chororum cantilenis, extiterint anapaesti et epirremata.

Sed quanam ratione ex his incunabulis paulatim progressa sit haec comoedia, se nescire fatetur Aristoteles tertio loco eoque gravissimo 5. 1449ᵃ 37 sqq. αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις καὶ δι' ὧν ἐγένοντο οὐ λελήθασιν, ἡ δὲ κωμῳδία διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν, ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν (intellegendi sunt οἱ χορηγοί[9]). ἤδη δὲ (l. δή: structura sententiarum ea est, de qua verba feci in Quaest. crit. de polit. Aristot. libris, Lips. 1886, p. 363 n. 63 et p. 421 sq.) σχήματά τινα αὐτῆς ἐχούσης οἱ λεγόμενοι αὐτῆς ποιηταὶ μνημονεύονται, τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν ἢ προλόγους ἢ πλήθη ὑποκριτῶν καὶ ὅσα τοιαῦτα ἠγνόηται. τὸ δὲ

---

[5]) Epicharmos, Kl. Schriften I. p. 274.

[6]) Archaeologische Studien zur alten Komoedie, Jahrb. des deutschen archaeologischen Instituts III. 1893. p. 89 sqq.

[7]) Buehnenalterthuemer p. 248.

[8]) Primus, quantum scio, Kolster De parabasi veteris comoediae Atticae parte antiquissima, Altonae 1829. Ne longus sim, praetereo ceteras causas. Conferantur nunc inprimis Poppelreuter De comoediae Atticae primordiis, Berolini 1893, p. 32 sqq. et Kaibelius Herm. IX. 1889. p. 37 sq.

[9]) Sic recte Stahrius in translatione ad h. l. Ego erravi in ed.² p. 227.

μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις· τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε, τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους. Dolendum est admodum, quod haec verba vix prorsus integra sunt. Pro οἱ λεγόμενοι Castelvetrus ingeniose coniecit ὀλίγοι μὲν οἱ, Usener ὀλίγοι μὲν [οἱ], Bergkius[10]) οἱ ⟨ὀρθῶς⟩ λεγόμενοι, et habet, quo se commendet Castelvetri coniectura recte forsitan ab Usenero emendata. Namque si pauca tantum esse monetur nomina poetarum comicorum eorum, qui et antea iam floruerant et tunc quoque florebant, adhuc cognita, augetur rei vis, praeterea si hanc mutationem probamus, melius comprehendimus, cur non καὶ τίς, quod potius expectem, sed τίς δὲ scriptum sit, et οἱ λεγόμενοι — μνημονεύονται cum idem fere sit atque οἱ λεγόμενοι — λέγονται, facile tautologiam sapere alicui videatur. Nihilominus traditam lectionem relinquere non audeo, sed sententiam hac circumlocutione reddere conor: inde igitur factum est, ut inde ab eo demum tempore, quo iam firmas quasdam formas adepta erat haec comoedia, certe nomina eius poetarum, quatenus omnino vel nomina tantum antiquissimorum huius temporis comododidascalorum in memoria manserunt, servata sint, quod autem ad ea attinet, quae illa debeat vel antiquissimis horum vel etiam prioribus, eam ipsam ob causam in oblivionem transierit, quis personas invenerit, quis prologum, quis secundum, quis tertium actorem adiecerit. Oppositio enim quaedam est inter nomina et res. Discimus ex primo illo Aristotelis loco, quorum sint pauca illa nomina, si Castelvetrum, antiquissima τῶν λεγομένων nomina, si traditam lectionem sequimur: sunt Chionidis et Magnetis; ergo hi duo poetae antiquissimi erant, quorum nomina in indicibus victoriarum philosophus invenit et ex eis haud dubie in Didascalias suas receperat. Et didicimus e fragmentis horum indicum nuper repertis[11]) Magnetem eodem anno vicisse, quo Pericles tragicam choregiam pro Aeschylo praestitit Aeschylusque item victoriam reportavit. Vicit Aeschyli Orestia anno 458, at non Pericles, sed Xenocles tum fuit eius choregus[12]): vixque Pericles iam choregi officiis functus est, priusquam ad rempublicam accederet administrandam: optime inde conclusit Leo[13]) illam Magnetis victoriam inter annos fere 469 et 459 esse ponendam. Licet autem ex Aristotelis verbis etiam hoc colligere, comoediam in agones publicos eis demum temporibus esse receptam, quibus spectacula dramatica tribus iam histrionibus utebantur, etenim si hoc antea iam esset factum, scivisset Aristoteles, quis in comoedia tertii fuisset, ut antiquorum ratione loquar, inventor[14]). In tragoedia secundum eum (4. 1449ᵃ 18 sq.) fuit Sophocles. Is primum fabulas docuit anno 468,

10) Griech. Litteraturgeschichte IV. p. 49. n. 18.

11) C. I. A. II. 971ᵃ [Ξε]νοκλείδης ἐχορήγει, [Μ]άγνης ἐδίδασκεν. τραγῳδῶν· Περικλῆς Χολαρ(γεὺς) ἐχορή(γει), Αἰσχύλος ἐ[δ]ίδασκε[ν]. Cf. n. 18.

12) Argum. Aesch. Ag. Fragm. Ind. Dionys. Ἐφημ. ἀρχ. 1886. p. 268 (Berichte der saechsischen Gesellschaft der W. 1887. p. 278 sqq. tab.): [ἐπὶ Φιλο]κλέους. τραγῳδῶν· Ξενοκλῆς Ἀφιδν[αῖος] ἐχορή(γει), Αἰσχύλος ἐδίδαξε.

13) Ein Sieg des Magnes, Mus. Rhen. XXXIII. 1878. p. 139—145.

14) Cf. etiam Wilamowitz. Herm. XXI. p. 614. n. 1.

itaque post hunc annum additus est tertius ille. Tribus actoribus eget Septem tragoedia Aeschylea anno sequente acta, sed eget eis in exodi tantum parte posteriore posterioribus demum haud dubie temporibus adiuncta[15]). Ergo primum poetis comicis archon dedit chorum inter annos 466 et 459, Magnesque victoriam illam assecutus est aut inter eosdem annos aut, id quod vix credibile est secundum A. Muelleri[16]) de indicis illius fragmentis ratiocinationes, post 458. Contra sequitur ex his ratiocinationibus tertium histrionem posse in tragoedia annis 466, 465, 464 originem debuisse, vix posterioribus. Fortasse, id quod libentissime crediderim, iam eodem anno comoediae quoque locus est in spectaculis Dionysiis tributus, fortasse paulo post, fortasse Magnetis illa victoria in eundem iam incidit annum, id quod minus credo, quia Chionidem ante Magnetem nominat Aristoteles, fortasse in paulo posteriorem, si non prima eius fuit victoria vel certe si, id quod propter eandem causam verisimilius est, hic poeta non primus fuit victor in certaminibus publicis comoedorum.

Sed redeamus ad Aristotelem. Desperata paene sunt verba eius ultima τὸ δὲ μύθους ποιεῖν κ. τ. λ., quamvis clara sit eorum sententia. Pessime[17]), ut constructio grammatica restitueretur, in codicibus nonnullis iunioribus scriptum est τὸ μὲν ⟨οὖν⟩ ἐξ ἀρχῆς: non enim μύθους ποιεῖν, sed καθόλου μύθους ποιεῖν[18]) id erat, quod introduxerunt Epicharmus Phormisque, et quod ab initio ex Sicilia venit in Atticam, priusquam ipsorum Atheniensium primus Crates hoc exemplum est imitatus. Adhuc credo Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις notam esse, quae e margine in textum irrepserit, verum ne sic quoque maneat idem vitium, aut existimandum est verba genuina nescio quae ab ea e loco suo esse depulsa aut post τὸ δὲ μύθους ποιεῖν deleto illo scholio signum

---

15) Primus exodi partem posteriorem inde a v. 1005 non esse genuinam intellexit Ad. Schoellius Hallesche Litteraturzeitung 1848. II. p. 397 sq., at in praecedentia inde a v. 961 idem cadere vidit Bergkius De vita Sophoclis, Friburg. 1857 et l. l. III. p. 303 sqq. Nunc inprimis cf. Weilius Rev. des Ét. gr. I. 1888. p. 19 sqq. et Wilamowitz. Herm. XXI. p. 606. n. 3.

16) In Philologi Suppl. VI. p. 83 sqq.

17) Quamquam hoc probat Wilamowitzius Herm. IX. p. 332. n. 1.

18) Μῦθος = λόγος in Aristotelis Poeticis id significat, quod nos Germani hodie appellamus „die Fabel des Gedichts", Romani quoque appellabant fabulam vel argumentum. Μῦθον igitur habet unumquodque poema. Variat quidem apud Aristotelem haec notio, id quod optime ostendit Vahlenus Beitraege zur Poet. des Aristot. I. p. 31 (= Comm. Acad. Vindob. L. p. 295) sqq., sed frustra eam ita variare conatur ostendere, ut hoc loco μύθους ποιεῖν idem fere significare queat atque vel ὅλους καὶ τελείους μύθους ποιεῖν vel, id quod adicio, καθόλου μύθους ποιεῖν: nulla enim, nisi vim facere volumus verbis, deprehendi potest in eis emphasis, ut μύθους significare hoc loco credere queamus fabulas hoc nomine dignas. Mittamus igitur tales argutias. Ceterum post λεγομένους vel ὀλίγους demum illos ποιητάς comoediam receptam esse in spectacula publica, postque hanc receptionem eam iambicam fuisse dicit quidem Wilamowitzius l. l. p. 332 sq., sed nullo verbo dicit Aristoteles. Recte igitur Wilamowitzius p. 333 scripsit: „Offenbar kennt Aristoteles von den λεγόμενοι ποιηταί, von den Dichtern, die erwähnt werden, keine Stuecke", recte p. 335: „Ferner sind Chionides und Magnes ohne weiteres mit den λεγόμενοι ποιηταί der anderen Stelle identisch . . . Schliesslich kannte Aristoteles keine Stuecke von Chionides und Magnes", sed haud recte addidit: „und setzte die staatliche Concession der Komoedie nach ihnen an." Hodie, postquam detectum est catalogi fragmentum, quod publicam Magnetis victoriam testatur, aliudque alius indicis, in quo numerus victoriarum eius significatur, procul dubio iam ipse non credit Wilamowitzius Aristotelem hoc fecisse.

esse interruptae orationis ponendum, ut sensus eorum sit: „quod attinet ad argumentorum compositionem.“ Addo translationem Germanicam: „was aber die Behandlung der Fabeln anlangt, so kam es ursprünglich von Sikelien her, von den athenischen Komoediendichtern aber begann es zuerst Krates die Form der persoenlichen Satire aufzugeben und die Fabeln und Stoffe der Komoedie in allgemein gehaltener Weise zu bearbeiten.“ Antequam autem hoc a Cratete factum sit, qua tandem, quaeso, ratione id ipsum e Sicilia venit in Atticam? Nemo adhuc posuit hanc quaestionem. Duplice tantum, si quid video, ratione fieri hoc potuit: aut scriptis comoediarum Sicularum exemplaribus Athenas venditis et sic in hac urbe lectis aut ita, ut histriones Siculi vagantes etiam in pagis Atticis comoedias Epicharmi, Phormidis, Dinolochi darent. Illa autem ratio vix quadrat in illa tempora, quoniam etiam quarto saeculo mercatura libraria extra fines eiusdem terrae extensa tam rara fuit, ut cum Hermodorus Platonis libros in Siciliam venderet, proverbium existeret λόγοισιν Ἑρμόδωρος vel λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται[19]), et ut creditum saltem sit, licet vix recte creditum, Sophronis mimos in notitiam Atheniensibus venisse dumtaxat per Platonem, cum hic eos e Sicilia secum apportaverit[20]). Verisimilior igitur est altera ratio.

Pro τίς ἀπέδωκε πλήθη ὑποκριτῶν supra reddidi: „quis secundum, quis tertium actorem adiecerit“, quia aut omnia me fallunt aut de comoediae origine et progressu philosophus sic cogitavit, ut in eundem modum atque in tragoedia coryphaeus sibi adiungeret ὑποκριτήν, hoc est hominem respondentem, diverbiisque sic inter ambos creatis hic πρωταγωνιστής rector totius ludi factus sibi rursus adiungeret secundum actorem et fortasse etiam tertium iam antequam acciperent poetae ab archonte vel in Lenaeis a rege chorum. Si autem hoc verum est, sano suo iudicio usus in προλόγους voce haesit God. Hermannus mutavitque eam in λόγους. An fortasse scivit Aristoteles, quis diverbia introduxerit in comoediam et sic demum e phallico carmine dramaticum, hoc est veram comoediam fecerit? Attamen prologum nequaquam exterminandum esse censeo propter causas infra proponendas: conicio igitur potius πρόλογ⟨ον καὶ ῥῆσ⟩εις vel προλόγους ⟨καὶ ῥήσεις⟩[21]).

At fuitne recta haec Aristotelis opinio? Prudentior magno hoc viro sibi videbatur is esse, qui sibi excogitavit quae legimus apud Anon. de com. V. § 2 sqq. Bergk (p. VI^b, 14 sqq. Duebn.) et VIII. § 16 Bergk (IX^a. p. XVIII, 80 sqq. Duebn.): καὶ γὰρ οἱ ἐν Ἀττικῇ πρῶτον συστησάμενοι τὸ ἐπιτήδευμα τῆς κωμῳδίας (ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σουσαρίωνα) καὶ (om. An. VIII) τὰ πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως (ἀτάκτως εἰσῆγον VIII), καὶ μόνος ἦν γέλως (γέλως ἦν μόνως VIII) τὸ κατασκευαζόμενον. ἐπιγενόμενος δὲ ὁ (ὁ om VIII) Κρα-

---

19) Cf. Boeckh, Staatshaush. I³. p. 62. Cf. tamen quae ei opposuit Fraenkelius ibid. II. p. 13 sq.

20) Laert. Diog. III, 18: δοκεῖ δὲ Πλάτων καὶ τὰ Σώφρονος τοῦ μιμογράφου βιβλία ἠμελημένα πρῶτος εἰς Ἀθήνας διακομίσαι.

21) Cf. Themist. Or. XXVI. 316 D. καὶ οὐ προσέχομεν Ἀριστοτέλει, ὅτι . . . Θέσπις . . . πρόλογόν τε καὶ ῥῆσιν ἐξεῦρεν κ. τ. λ.

τῖνος κατέστησε μὲν πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν, στήσας τὴν ἀταξίαν, καὶ τῷ χαρίεντι τῆς κωμῳδίας τὸ ὠφέλιμον προσέθηκε, τοὺς κακῶς πράττοντας διαβάλλων καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζων. ἀλλ' ἔτι μὲν καὶ οὗτος τῆς ἀρχαιότητος μετεῖχε καὶ ἠρέμα πως τῆς ἀταξίας· ὁ μέντοι γε Ἀριστοφάνης μεθοδεύσας τεχνικώτερον τῶν μεθ' ἑαυτοῦ τὴν κωμῳδίαν ἐνέλαμψεν ἐν ἅπασιν ἐπίσημος ὀφθεὶς οὕτω, καὶ οὕτω πᾶσαν κωμῳδίαν ἐμελέτησε (οὕτω, καὶ —ἐμελ. om: VIII), verumtamen ut a Cratino repeteret firmum trium actorum numerum, factum est mero errore. Nihil aliud inde discimus[22]), nisi comoediam antiquissimam, quae tempus tulerat, non Ecphantidis vel Teleclidis (ut de Chionide taceam et Magnete), sed Cratini opus fuisse: ea iam indigebat tribus actoribus, in cetera ejusdem poetae dramata paene omnia idem cadebat, inde praepropere collectum est Cratinum fuisse huius numeri auctorem. Ceterum haud raro etiam pluribus opus esse histrionibus minoris momenti in auxilium vocatis apud Aristophanem quoque et multo saepius quam in tragoedia, in qua praeterea quartus tantum nonnunquam adhibebatur, omnibus notum est. Eiusmodi ἀταξίαν, si ἀταξία erat, etiam ante Cratinum, quin ante Chionidem et Magnetem ab usu poetarum comicorum fortasse non abhorruisse libenter concedo, sed cur pristinis illis temporibus firmum numerum histrionum ordinariorum in comoediis omnino nondum fuisse contra Aristotelem huic deterioris, licet non contemnedi generis scriptori credam, profecto non intellego. Aliter quidem iudicat Ios. Poppelreuter[23]), et recte, ut mihi videtur e verbis Platonii II. § 1 Bergk (p. XIV, 1 sqq. Duebn.) Κρατῖνος . . . εὔστοχος . . . ὢν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν δραμάτων καὶ διασκευαῖς, εἶτα προϊὼν καὶ διασπῶν τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀκολούθως πληροῖ τὰ δράματα conclusit scaenas illas ioculares, quae in compluribus Aristophanis comoediis, Acharnensibus, Pace, Avibus, Ecclesiazusis, Pluto parabasin secuntur vel certe, ubi ea deest, posteriori dramatis parti insertae sunt, in Ranis parabasin antecedunt, cum tota fabula levi tantum vinculo cohaerentes, in quibus novae semper novaeque personae prodeunt, alia post aliam, in Cratini comoediis multo etiam magis in usu fuisse. Attamen latius patent haec verba: omnino Cratinum ut ingeniosum in inveniendis ita solutiorem in elaborandis argumentis fuisse dicit Platonius, unde factum sit, ut unitas actionis apud eum deficiat: quamquam ea apud Aristophanem quoque satis laxa est. Ille vero grammaticus, cuius patrocinium suscepit Poppelreuter, si revera, quae est Poppelreuteri sententia, ἀταξίαν referre voluisset ad solas illas scaenas scurriles, sibi ipse contradixisset: nam si has spectamus, in Aristophanem quoque cadit, et ita quidem cadit illud μετεῖχεν ἠρέμα πως τῆς ἀταξίας, ut „aegre strictiore personarum numero assuescat", et hoc non solum in prioribus comoediis, sed etiam in ultimis tribus servatis: non igitur sic vera essent quae secuntur, ὁ μέντοι γε Ἀριστοφάνης κ. τ. λ. Ego quod priores τὰ πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως et

---

22) Hoc quoque rectissime monuit Wilamowitzius Herm. IX. p. 333.

23) L. l. p. 28 sqq.

Cratinus κατέστησε πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν, στήσας τὴν ἀταξίαν, nihil amplius significare puto nisi hoc: nondum ita ordinata erat mutua personarum ratio, ut definitus esse posset histrionum numerus ante Cratinum, immo modo pluribus utebantur, modo paucioribus, Cratinus vero, etsi et ipse paulo solutior erat, ita tamen rationem illam ordinavit, ut ad unitatem quandam actionis vergeret et coerceri ab eo posset actorum numerus ordinariorum usque ad tres. Omnino igitur non ita sunt cum Poppelreutero huius scriptoris verba premenda, quasi sapienter unumquodque eorum secum deliberasset accurata Aristophanis et Cratini comoediarum comparatione facta: immo ut ariolatus est de numero illo firmato, ita nullo modo scire potuit, id quod contendit, a Cratino primo seria esse iocis admixta. Et ne hoc quidem assequor, quo iure Poppelreuter verba ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σουσαρίωνα interpolata esse credat: cur enim non hic quoque grammaticus ex eorum numero fuisse potest, quibus Susario videbatur esse comoediae Atticae auctor? Breviter dicit οἱ περὶ Σουσαρίωνα, cum idem valere putet etiam de ceteris huius comoediae poetis antiquissimis ante Cratinum. Repeto enim quae dixi: non mihi talis esse videtur hic scriptor, ut eius verba premere liceat.

Verum ea in re contra Zielinskium[24]) plane consentio cum Poppelreutero[25]), quod ego quoque scaenas illas ridiculas priscis temporibus parabasi non prologi, sed epilogi loco adiectas esse arbitrer: testatur enim hoc sedes earum in omnibus illis fabulis Aristophaneis praeter Ranas. Ut olim phallophororum coryphaeus cavillationibus haud dubie lacessebat praetereuntes aliosque homines, ita iam istae cavillationes in ipsam comoediam traiectae sunt tali ratione, ut ipsius personarum alia alias ludibrio haberet. Etiam Cratini unum certe drama initium cepit a parabasi[26]). Ὀδυσσῆς eiusdem poetae fabulam e contrario parabasi finitam fuisse coniecit quidem, sed vix recte coniecit nuperrime Kaibelius[27]), qua de re infra disseram. Trimeter iambicus ut in talibus scaenis semper adhibetur ab Aristophane, haud dubie semper in eis adhibebatur non ad tragoediae exemplum, quae tetrametro potius trochaico temporibus illis utebatur, sed quia hic versus omnium metrorum maxime simul est scopticus et ad colloquium aptus[28]). Neque tamen reor eam scaenam, quam Agonem

---

[24]) Die Gliederung der altattischen Komoedie, Lipsiae 1885, p. 185 sqq.

[25]) L. l. p. 32 sqq.

[26]) Aristid. Or. XLIX, 386 (II, 521 Dind.). ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος ὡς προφήτης προαγορεύει τάδε (fr. 306)·

ἀφυτνίζεσθαι χρὴ πάντα θεατήν,
ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα.

[27]) Kratinos Ὀδυσσῆς, Herm. XXX. 1895. p. 74 sqq. 81.

[28]) Aristot. Poet. 4. 1448 b 31 sq. ἰαμβεῖον καλεῖται νῦν, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους. 1449 a 24 sq. μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστι. Rhet. III, 1. 1404 a 30 sqq. III, 8. 1408 b 32 sqq. Haud igitur recte mihi videtur Frantzius De comoediae Atticae prologis, Treviris 1891, p. 3 sq., ut demonstraret scaenas illas ioculares aeque ac prologum parodumque satis recenti aetate in comoediam receptas esse, inversa ratione hanc causam protulisse, quod „ipsae quoque illo metro conscriptae sunt, quod e tragoedia demum in comoediam translatum esse videtur". Verum potius vidit Poppelreuter l. l. p. 40 sq. Cf. n. 38.

appellaverunt Bergkius[29]) et Zielinskius[30]), Syntagma Westphalius[31]), e tetrametris potius plerumque anapaesticis et iambicis compositam fuisse iuniorem natu, immo sine rixis verberibusque, si ita dicere licet, vivere nequit fabula eiusmodi scurrilis, potuitque eo minus, quo rudior erat pristinis temporibus. Sed, ni fallor, haec scaena ab initio cum iocularibus illis coniuncta postea plerumque ante parabasin est collocata, prologo quoque parodoque adiectis. Quamquam accuratius exculti sunt Agones isti et Proagones eo demum tempore, quo ars sophistarum dialectica florebat[32]). Parodus atque stasima e tragoedia fortasse recepta sunt. Paulo aliter res se habere videtur de prologo. Mirabantur olim[33]), quod de Cratete loquitur Aristoteles, tacet de Cratino, multo maiore poeta: hodie omnes scimus factum hoc esse, quia ἰαμβικὴν ἰδέαν, in qua excellebant Cratinus eiusque successores, despiciebat[34]) eamque ob causam veteri comoediae praeferebat mediam, cui Crates et Pherecrates viam monstraverant. Nihilominus etiam Cratinus imitator erat Siculorum, non quidem, ut duo illi poetae, in argumentis e vita hominum cotidiana depromptis, sed in parodiis tamen mythologicis. Atqui comoediae Epicharmi habuisse videntur prologum, in quo ipse poeta in scaenam prodiit docuitque spectatores de argumento ludi sequentis. Dico „videntur", nam res non est certa, sed fortasse aliter sunt explicanda[35]) quae narrat Laert. Diog. VIII, 78. Ἐπίχαρμος . . . Κῷος . . . τριμηνιαῖος δ' ὑπάρχων ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Συρακούσας, ὥς φησι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι et III, 17. ὅτι δ' οὐδ' αὐτὸς Ἐπίχαρμος ἠγνόει τὴν αὑτοῦ σοφίαν, μαθεῖν ἔστι κἀκ τούτων, ἐν οἷς τὸν ζηλώσοντα προμαντεύεται·

ὡς δ' ἐγὼ δοκέω (δοκέω γάρ), σάφα ἴσαμι τοῦθ', ὅτι
τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ' ἐσσεῖται λόγων τουτῶν ἔτι,
καὶ λαβών τις αὐτὰ περιδύσας τὸ μέτρον, ὃ νῦν ἔχει
εἶμα, δοὺς καὶ πορφύραν λόγοισι ποικίλας καλοῖς,
δυσπάλαιστος ὢν τὸς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ

= fr. B, 1 Lor. Quartus versus est misere corruptus: Ahrensius coniecit εἶμα, καὶ δοὺς πορφύραν ἔργοισι ποικίλαν καλοῖς. Certe concordant cum sententia mihi proposita prologi Equitum, Vesparum, Pacis, quippe in quibus non ipse quidem poeta, at servi tamen quidam ad ipsos spectatores se vertentes eis expositionem, quam vocant, fabulae tradant. Sed hoc ut recte coniecerim, non minus tamen verum est, id quod demonstravit Frantzius[36]), in prioribus Aristophanis comoediis, quamvis diversa duo

29) In Philologi XI (1857) = Kleine philol. Schriften II. p. 731. no. 51.

30) L. l. p. 9 sqq.

31) Metrik III¹. p. 88 sqq. = III³, 2. p. 133 sqq.

32) Recte hoc monuit Maassius Herm. XXII. 1887. p. 585. n. 2 contra Zielinskium l. l. p. 184.

33) Quin, etiamsi alias ob causas, iuniorem Cratete fuisse Cratinum opinatur Bernhardyus Grundriss der griech. Litteratur II³, 2. p. 586.

34) Eth. Nic. IV, 14. 1128ᵃ 12—25. cf. Poet. 4. 1448ᵇ 34—1449ᵃ 2.

35) De hac re v. Susemihl. Die Ψευδεπιχάρμεια, in Philologi LIII. (N. S. VII.). 1894. p. 567.

36) L. l. p. 1—15.

genera prologorum in eis deprehendantur, nihilominus utramque formam sapere imitationem prologorum tragoediarum contemporanearum. Praeter drama illud, de quo iam supra locutus sum, etiam duae aliae Cratini fabulae nondum habebant prologum, sed incipiebant a parodo, Βουκόλοι et Ὀδυσσῆς[37]), et iam hanc ob causam eas antiquioribus poetae comoediis adnumerandas esse puto, iamque antequam ludi comici facti sint publica institutio, plerumque prologis instructas fuisse comoedias, omniaque haec membra iam antea exculta quodammodo fuisse inde apparet, quod iam Aristoteles nescivit, quis prologos primus comoediis Atticis praemiserit[38]). Iam elucet, cur apud eum προλόγους vel πρόλογον servandum aliterque atque periclitatus est Hermannus locum eius illum corrigendum esse iudicaverim. Statum huius comoediae vetustissimae inde ab anno fere 520 usque ad annum fere 480 quadamtenus illustrant tres picturae vasorum fictilium, de quibus post Caecilium Smithium[39]) optime egit Poppelreuter[40]). Possunt tamen duae iuniores etiam ad Magnetis Aves referri, hoc est ad comoediam post 466 doctam: nam hunc titulum recte repetivit ex Aristoph. Equ. 522 voce πτερυγίζων interpres nescio quis in scholiis ad hunc locum[41]).

Fabulam Cratini Ὀδυσσῆς et parabasi et cantilenis choricis caruisse refert Platonius I. § 10 (p. XIII, 39 sqq. Duebn.): τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους καὶ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα. Contra quae Kaibelius[42]) nescio an recte scripserit: „Es heisst doch die Entstehungsweise des Tractats verkennen, wenn man diese Stelle scharf interpretirt. Der Mangel eines Chors, resp. von Chorliedern bezieht sich auf den Aeolosikon und auf die mittlere Komoedie, die Ὀδυσσῆς des Kratinos waren in der Quelle als Beispiel der unpolitischen Komoedie citirt, die das mit dem Aeolosikon gemein hatte, dass in beiden eine litterarische Travestie an Stelle der politischen Satire getreten war“. Cf. § 17 (p. XIV, 71 sqq.). οἱ γοῦν Ὀδυσσεῖς Κρατίνου οὐδενὸς ἐπιτίμησιν ἔχουσι, διασυρμὸν δὲ τῆς Ὀδυσσείας τοῦ Ὁμήρου. Attamen si omnino res se ita habet, certe prorsus fragilia sunt quae attulit Kaibelius ad sententiam suam demonstrandam. Etenim e fr. 138. 139 sequitur quidem choro hanc comoediam, sed non sequitur etiam canticis choricis eam haud caruisse: non illum autem, sed haec tantum ab ea abiudicat Platonius: sunt tetrametri

37) De hac re cf. Kaibel. l. l. p. 75 sq.

38) Hoc non reputavit Frantzius l. l. p. 3 sq., cum ex his ipsis Aristotelis verbis concludere potius vellet etiam prologum „satis recenti aetate in comoediam receptam esse“. Cf. n. 28. Recte e contrario prologum in tragoedia iuniorem fuisse quam in comoedia Blankius Zur Prologistik der altattischen Komoedie, Annal. philol. CXLIX. 1894. p. 69 sqq. inde collegit, quod illa in traditis, haec plerumque in fictis argumentis versabatur, itaque minus illa quam haec accuratiore expositione indigebat.

39) Actors with bird-masks on vases, Journal of Hellenic Studies II. p. 309 sqq.

40) L. l. p. 8 sqq.

41) πτερυγίζων δὲ ὅτι καὶ Ὄρνιθας ἐποίησε δρᾶμα. Cf. Wilamowitz. Herm. IX. p. 335. Moneo hoc propter Leonem l. l. p. 139 sq. n. 2. Smithius tres illas picturas inter annos fere 500 et 450 collocat.

42) L. l. p. 75.

anapaestici a coryphaeo melodramatice recitati: utrum ex eis solis constiterit parodus an cantilena chori secuta sit, plane nescimus. Chorum habet etiam Aristophanis Plutus et nihilominus non habet χορικά, quae enim ibi a choro canuntur, solius sunt coryphaei. Deinde fr. 145. νεοχμόν τι παρῆχθαι ἄθυρμα et fr. 146 misere corruptum, in quibus de poeta chorus loquitur, eam propter causam parabasi tribuenda esse contendit Kaibelius. Attamen non solum in parabasi de poeta loqui apud Cratinum poterat chorus, verum etiam in exodo, id quod patet e fr. 237 ap. Aristid. XLIX, 387. p. 521 Dind. διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς·

ταῦτα δυοῖν ⟨ἐν⟩ ἐτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη,

τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, δηλονότι ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον. E parabasi enim haec non sunt, nam versus ad verbum citatus est hexameter heroicus velut ultimi versus in Ranis 1527 sqq.: „plaudite“ illud continent in spectaculi exitu non minus quam illi Ulixium versus: cur igitur de illis aliter iudicemus atque de his? num forte quia sunt tetrametri anapaestici? At tales versus habent quidem locum etiam in parabasi, sed non minus bene quadrant ut ad ingressum ita ad profectionem choreutarum. Nulla igitur extat causa, cur hac in comoedia, id quod iam supra monui, parabasin simul exodum vel exodi partem fuisse cum Kaibelio credamus. Quae cum ita sint, ut refutaret Platonium, hoc certe non ei contigit. Contra verisimilem reddidit duorum tantummodo histrionum in hac comoedia numerum: quod si inde collegit[43]) ortum esse hoc drama, priusquam extaret tertius actor comicus, hoc est secundum ea, quae supra demonstravi, ante annos fere 466—459, vix tam antiquam servatam esse comoediam Atticam arbitror[44]). Statuendum igitur potius est nullum poetam fuisse coactum tribus uti histrionibus, ubi argumentum dramatis duorum dumtaxat usum permitteret: attamen concedo, postquam tertius introductus sit, per breve tantum tempus hunc vel illum poetam talia interdum argumenta sibi elegisse: certe hoc verisimillimum mihi videtur. Itaque nullus dubito, quin extiterit haec comoedia vix post annum 455.

Zielinskii autem de duplice genere comoediae veteris Atticae genere commenta[45]), altero Ionico, in quo non gererent phallum, altero Dorio, satis a Koerteo[46]) sunt refutata. Cadunt cum talibus eius coniecturis etiam ea, quae Poppelreuter[47]) proposuit de „scaenae iocularis“ origine: credit enim „Zielinskium[48]), cum ad episodicam comoediae Atticae partem Doriensium valuisse comoediam coniecerit, ad rectam

43) L. l. p. 82.
44) Cf. Wilamowitz, Herm. IX. p. 336.
45) L. l. p. 240 sqq. Quaestiones comicae, Lipsiae 1887. p. 28 sqq.
46) L. l. p. 66 sqq.
47) L. l. p. 44 sq.
48) L. l. p. 243 sqq.

viam digitum intendisse". At sane non intellego, cur „scaenam iocularem" parabasi adiectam esse necesse sit e typicarum personarum comoediae Siculae cognitione et reiciam Aristotelis relationem, secundum quam tantummodo ad illam magis excolendam huius comoediae notitia in Atticam translata aliquid conferebat, postquam vernacula ex vernaculo elemento αὐτοσχεδιασμάτων oriri coepit. Discrepat etiam metrum, nam multo saepius tetrametro trochaico quam trimetro iambico usus est Epicharmus. Omnium autem minime assequor, quid sibi velint verba a Poppelreutero adiecta haec: „non vero de Dorica comoedia episodice perfecta et in Atticam translata nobis est cogitandum, sed in altera parte comoediarum quarundam Aristophanis chorum Atticum, quem iam multo (?) ante annum 500 picturis testibus perfectum vidimus, cum scena ioculari Dorica coniunctum invenimus". Nam utut nobis statuimus comoediarum Epicharmearum naturam, manca haud dubie in eis erat continuatio rerum, sed plena erant dramata, itaque compositae ex episodiis, et vetustissimis temporibus in Atticam revera sunt translatae iamque ante Platonem a lectoribus Atheniensibus tam magni aestimatae, ut Plato scribere posset in Theaet. p. 152 E: τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος.

A Poeticis transeo ad Ethica Nicomachea.

Locum III, 1. 1110ª 11—15. μικταὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ τοιαῦται πράξεις, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις. αἱρεταὶ γάρ εἰσιν τότε ὅτε πράττονται· τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστι· καὶ τὸ ἑκούσιον δὴ καὶ τὸ ἀκούσιον, ὅτε πράττεται, λεκτέον· πράττει δὲ ἑκὼν recte praeterea sic vertit Rieckher: „Derlei Handlungen nun sind gemischter Art, indess neigen sie sich mehr auf die Seite des Freiwilligen. Denn in dem Augenblick, in welchem man sie vollzieht, sind sie wünschenswerth für die Erreichung eines Zwecks, diesen Zweck aber bestimmen die Umstände, und so muss man denn die Bezeichnungen freiwillig und unfreiwillig mit Rücksicht auf den Augenblick des Geschehens der Handlung gebrauchen. In diesem Falle ist aber die Handlung freiwillig", attamen, nisi fallor, praestat ultima verba sic reddere: „folglich handelt der so Handelnde freiwillig". Repetunt enim id, quod iam primis illis ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις expressum erat, et quod erat demonstrandum et demonstratum est enuntiato causali αἱρεταὶ γὰρ — λεκτέον, atque eum in finem repetunt, ut etiam accuratius hoc demonstretur sequentibus καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ κ. τ. λ. Quae cum ita sint, v. 15 δὲ in δὴ mutavi. Talibus enim in rebus codicum auctoritatem non maiorem quam in accentibus spiritibusque, hoc est plane nullam esse optime nuper ostendit Stapfer[49]). Habemus sic hoc quoque loco sententiarum constructionem eius generis, de quo egi in Quaest. crit. de polit. Arist. libr. p. 363.

1110ᵇ 9—13 demonstratur, cur falsum sit, si quis velit contendere coactum eum

49) Kritische Studien zu Aristoteles Schrift von der Seele, Landshuti 1890, p. 7—12.

egisse, qui vel iocunditatis vel pulchritudinis ratione habita egerit. Ergo quae secuntur 13 sqq. *γελοῖον δὴ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτός, ἀλλὰ μὴ αὑτὸν εὐθήρατον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δ' αἰσχρῶν τὰ ἡδέα* iterum consecutio sunt, quamquam in eis ita mutatur sententia, quasi antea dictum esset pulchra esse libera, iocunda violenta, itaque scribendum est *δὴ* cum Π^2 familia deteriore, non, id quod fecit Bywater, cum Π^1 N^b C^c O^2 P^2 *δὲ*.[50])

Ex contrario 2. 1111^a 19 sqq. *τοῦ δὲ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου ἔτι δεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι καὶ ἐν μεταμελείᾳ* nihil continent, quod sequatur e demonstratione antecedente, sed additamentum potius necessarium, ut hoc apparet etiam ex *ἔτι* vocabulo. Recte igitur *δὴ* Thurotus mutavit in *δὲ*, haud recte retinuit Bywater.

Cur 5. 1112^b 7 *δόξας* ex altera lectione apud Aspasium et commentatorem anonymum N^b corr. L^b pro *τέχνας* utique scribendum sit, invictis argumentis docuit Muenscher[51]), cuius dissertationem, ut videtur, inspicere neque Bywater potuit neque, qui hanc scripturam ne commemoravit quidem, Stewartus[52]).

---

[50]) V. autem 10 *αὑτῷ* fortasse praestat, quia *οὕτω* in deterioribus tantum codicibus N^b O^b P^2 legitur, quamquam accedit vetustae translationis auctoritas et fortasse etiam Aspasi.

[51]) Quaestionum criticarum et exegeticarum in Aristotelis Ethica Nicomachea specimen, Marburgi Cattorum 1861. p. 31 sqq.

[52]) Cum „prooemia" mea facilius in virorum doctorum Anglorum manus veniant quam dissertationes iuvenum Germanorum, quas vocant inaugurales, apponam ipsa Muenscheri verba: „Nam si *τέχνας* legitur, haec enunciatio *μᾶλλον περὶ τὰς τέχνας ἢ τὰς ἐπιστήμας* repetit idem, quod iam dictum est brevi antea, *περὶ μὲν τὰς ἀκριβεῖς-περὶ τούτων βουλευόμεθα*, repetitque non sine aliqua negligentia, cum illo priori loco consultationem in solis artibus, non in rerum scientia, hoc posteriori minus tantum in hac quam in illis versari dicatur. Haec enim *ὅσα γίνεται δι ἡμῶν, μὴ ὡσαύτως δ'ἀεί* non ad scientiam, quae proprie dicitur, sed ad artes referenda esse probatur et definitione scientiae, qualem Aristoteles alibi proponit, et exemplis, quae hic statim afferuntur (*οἷον περὶ τῶν κατ' ἰατρικὴν καὶ χρηματιστικήν* sqq.), illa autem: *τὰς ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν* nihil aliud respiciunt quam quod in hac enunciatione simplex vocabulum *ἐπιστήμας*. Etiamsi vero talem negligentiam Aristoteli condonandam putemus, sunt aliae res non minus graves. Etenim coniunctiones *δὲ καί*, quibus haec enunciatio introducitur, indicant gradationem ei inesse, non repetitionem sententiae iam antea propositae. Accedit, quod voci *ἐπιστήμης* sub finem alia vis tribuenda est quam initio eiusdem periodi; si enim *αἱ ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν* opponuntur eis *ὅσα γίνεται δι' ἡμῶν*, illi voci propriam suam vim inesse existimandum est, qua non pertinent ad *γένεσιν*, sed ad *τὸ ὄν*. Quamquam autem utraque cum vi *ἐπιστήμης* vocabulum Aristoteli usurpatum constat, tamen intra unius enunciationis spatium duplicem eidem vocabulo vim ab eo tributam esse vix credendum est. Contra si *περὶ τὰς δόξας* legitur, et *ἐπιστῆμαι* altero loco eandem quam priori vim tenet, illam nimirum, qua non rerum naturae scientiam solam significat, sed latius patet ita, ut etiam artes complectatur, quae non in rebus cognoscendis acquiescunt, sed ad opus quoddam perficiendum intentae sunt, et huic orationis membro *μᾶλλον δὲ καὶ — ἐπιστήμας* gradatio, quam inesse indicat *δὲ καί*, revera inest. Namque totius periodi sententia haec existit. „In scientiis, quae in accurata rerum cognitione acquiescunt (i. e. in *ἐπιστήμαις*, quae proprie dicuntur), nullus est consultationis locus; quae autem nostra opera efficiuntur neque semper eodem modo, de eis consultamus, ut de eis, quae ad medicinam et ad artem quaerendae pecuniae pertinent; sed ne his quidem de scientiis aeque omnibus, sed quo quaeque minus exquisitis distinctisque praeceptis absoluta est, eo latius patet in ea consultatio, atque adeo magis quam in omnibus his scientiis consultatio versatur in opinionibus (eis videlicet, quae pertinent ad *τὰ ἐφ' ἡμῖν*, non eis, quae ad *τὰ ἀΐδια καὶ τὰ ἀδύνατα*, cf. 1111^b 31—33) sive in eis rebus agendis, quarum ars sive scientia nulla exstat".

1112[b] 31. ἢ διὰ τίνος verbis turbari sententiam satis ostendit idem Muenscher[53]): coniecit igitur, quod recepi, δὴ διά τινος. Nunc vero malim ea secludere: variam enim lectionem διὰ τίνος pro δι' οὗ mihi significare videntur.

In sequentibus 31 sqq. ἔοικεν δή, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων· ἡ δὲ βουλὴ περὶ τῶν αὑτῷ πρακτῶν, αἱ δὲ πράξεις ἄλλων ἕνεκα. οὐκ ἄρ' ἂν εἴη τὸ βουλευτὸν τὸ τέλος, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη offendit Ramsauer. „Qui scripserit", inquit, „αἴτιον praeter cetera esse πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου ([a]31—33), idem sane haud infitiabitur hominem esse ἀρχὴν τῶν πράξεων: nihilominus utraque vox non idem εἰρημένον est, et rectius istud καθάπερ εἴρηται se haberet, ubi praecessisset disputatio, qualis Eud. B, 6 legitur (πρὸς δὲ τούτοις ὁ γ' ἄνθρωπος καὶ πράξεών τινών ἐστιν ἀρχὴ μόνον τῶν ζῴων 1222[b], 8 sqq.). Accedit, ut ista sententia hoc quidem loco parum ad rem faciat; quae enim duae sententiae (ἡ δὲ βουλὴ κ. τ. λ. [b]32 et αἱ δὲ πράξεις κ. τ. λ. [b]33) necessariae sunt ad id, quo tenditur (ὅτι βουλευτὸν τὸ πρὸς τὸ τέλος), eae illa tamquam fundamento non egent". Offensioni alteri Stewartus opposuit haec: „Strictly not: but surely these latter words have this bearing on what follows, that they serve to introduce (or reintroduce) the τῶν αὑτῷ πρακτῶν and the πράξεις, which are, in Ramauer's view, necessary to the 'conclusion'. If, howewer, we follow Bywater in adopting the οὐ γὰρ ἂν εἴη βουλευτόν of K[b] in place of the old οὐκ ἂν οὖν εἴη β., Ramsauer's difficulty will not arise". At totum caput eo vergit, ut demonstretur consultationem non ad finem actionum spectare, sed ad ea, quae pertineant ad hunc finem assequendum. Consecutionem igitur haec verba afferunt, non causam, nisi circulum statuere volumus in demonstrando, nec possum satis mirari, quod hoc non intellexerunt Bywater et Stewartus. Recte igitur, si solam sententiam respicimus, οὐκ ἂν οὖν offerunt L[b]O[b]C[c]P[2] Ald., nihilominus ne haec quidem est recta lectio, sed leniore adhibita correctione e vestigiis optimi codicis K[b] scribendum est, ut scripsi, οὐκ ἄρ' ἄν: viam monstrat M[b] in hoc tertio libro eiusdem stirpis atque K[b], cum habeat οὐκ ἄρα οὖν. Manet igitur Ramsaueri scrupulus, sed recte non nimius Stewarto videtur: etiam alibi talia inveniuntur apud Aristotelem.[54])

7. 1114[a] 31—[b]13 leguntur haec: εἰ δέ τις λέγοι ὅτι πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, τῆς δὲ φαντασίας οὐ κύριοι, ἀλλ' ὁποῖός ποτ' ἕκαστός ἐστιν, τοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ· εἰ μὲν οὖν ἕκαστος αὑτῷ τῆς ἕξεώς ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος, εἰ δὲ μηδεὶς αὑτῷ αἴτιος τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν τοῦ τέλους ταῦτα πράττει, διὰ τούτων οἰόμενος αὑτῷ τὸ ἄριστον ἔσεσθαι, ἡ δὲ τοῦ τέλους ἔφεσις οὐκ αὐθαίρετος, ἀλλὰ φῦναι δεῖ ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται, καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκεν (τὸ γὰρ — εὐφυΐα), εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, τί

---

[53]) L. l. p. 34—36. V. 30 ἐν τοῖς λοιποῖς significant cetera paeter pecuniam: bene hoc perspexit Muenscher, errant Ramsauer et Stewartus.

[54]) 6. 1113[b] 1 non recipere debebam γοῦν, prorsus rectum est οὖν.

μᾶλλον ἡ ἀρετὴ τῆς κακίας ἔσται ἑκούσιον; Monstrum est periodi, cuius indolem primus aperuit Krischeus[55]). Apodosis inde a verbis ᵇ1 sq. εἰ μὲν οὖν ἕκαστος incipit atque in duo dividitur membra inter se opposita, εἰ μὲν οὖν — ᵇ3. αἴτιος et εἰ δὲ μηδεὶς — 13. ἑκούσιον, quorum utrumque rursus constat e protasi et apodosi: in posterioris autem initio εἰ δὲ μή, οὐθείς tradita sunt in meliore codicum familia Π^1 (= K^b M^b C^c), in ceteris fontibus Γ L^b N^b O^b O^2 P^2 Ar. Ald. Alexandro Aphrodisiensi (Quaest. nat. et mor. p. 303 sq. Speng.) εἰ δὲ μηδεὶς[56]). Hoc probaverunt Bonitzius et Rassovius[57]), quos ego secutus sum, illud Bywater denuo recepit. Tolerari posse illud concedo, sed qui recepit, certe v. 12 δὲ pro δὴ restituere debebat: si enim εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ retinentur, haec verba sine ullo dubio post parenthesin τὸ γὰρ — εὐφυΐα redintegrant protasin, non igitur ea sic finita iam esse potest ante 4. ἀλλά, sed porrigitur usque ad 9. πέφυκεν. Et reapse hoc melius quadrare ad sententiarum continuationem manifestum est: ut enim breviter eam comprehendam, hoc est, quod proponere voluit Aristoteles in membro secundo: „sin vero non est liberum arbitrium, eodem modo libertas non inest in virtute atque in vitio". Magis igitur rei naturae aptum est, si ea, quae, ut inde sequitur, secundum logicam rationem protaseos sunt partes, etiam grammatica constructione in protasi coniunguntur, quam si ex eis componitur apodosis ac postea nova formatur protasis εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ eadem breviter complectens atque redintegrans: hoc autem fit lectione εἰ δὲ μή, οὐθείς, illud scriptura εἰ δὲ μηδεὶς: ergo illa reicienda est, haec probanda, nimiumque tribuit, ut saepius, Bywater auctoritati codicis optimi K^b.

Reapse non est liberum vel certe non prorsus liberum arbitrium, si vitia ex erroribus iudicii gignuntur, virtutes e bono ingenio, et bono saltem ingenio opus esse etiam Aristoteles ipse minime negat, immo fatetur hoc quodammodo etiam in parenthesi, qua verba καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκεν illustrantur: τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κάλλιστον, καὶ ὃ παρ' ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν μηδὲ μαθεῖν ἀλλ' οἷον ἔφυ τοιοῦτον ἕξει, [καὶ] τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα, v. 8—11. In ea Stewartus putat τὸ — τοιοῦτον obiectum esse verbi ἕξει, sed non intellego, quaenam sic esse possit ultimorum ἀλλ' οἷον ἔφυ τοιοῦτον structura, si enim ab ἕξει iam pendent antecedentia, haec nihil habent, unde pendeant. Germanice reddam: „denn er wird dann das Grösste und Schönste und Dasjenige besitzen, was man nicht von einem Anderen bekommen noch lernen kann, sondern was nur als ein solches, wie es Einem angeboren ist", iamque apparet hiare constructionem non minus, quam si τὸ — ἕξει subiectum potius est. Rassovius, qui recte hoc praefert, excusare conatur

55) Jenaer Litteraturzeitung 1835. No. 230. Secuti sunt Rassovius et Bonitzius.

56) Memoriae errore deceptus rem invertit Bonitzius Aristotelische Studien III. p. 84 sq. (= Comm. Acad. Vindob. LII. p. 50 sq.)

57) Forschungen über die Nikom. Ethik, Vimarae 1874, p. 121.

anacoluthiam hac interrogatione: „aber sollte diese Irregularität sich nicht durch die Annahme genügend erklären lassen, dass Aristoteles die Absicht hatte als Prädicat die Worte τὸ — ἕξει (diese Worte entbehren nämlich eines passenden Prädicats) εὐφυΐα ἂν εἴη folgen zu lassen, dass er aber durch den steigernden Zusatz zum Subject (καὶ τὸ εὖ — πεφυκέναι) veranlasst wurde im Prädicatsatze eine ähnliche, wenn auch für den ersten Theil des Satzes nicht passende Steigerung (τελεία καὶ ἀληθινή) eintreten zu lassen?" Verumtamen nulla inest in his verbis gradatio: non enim optimum illud est εὐφυΐα, sed revera habere dono naturae illud εὐφυΐα est et haec quidem omnium εὐφυϊῶν maxime hoc nomine significanda: καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκεν. Rectissime igitur corruptelam suspicatus est Bonitzius, lenissimaque emendatione Vermehrenus[58]) vitium sustulit, cum καὶ particulam ante τὸ εὖ deleret: „denn das Grösste und Schönste und so Geartete, dass man es nicht von einem Andern bekommen noch lernen kann, sondern nur so besitzen, wie es Einem von Natur gegeben ist, dies von Natur glücklich und schön zu besitzen, das dürfte wohl als das eigentlich vollkommene und wahrhafte glückliche Naturell zu bezeichnen sein".

In verbis 8. 1114^b 26 sqq., quibus philosophus viam sibi parat ad singulas virtutes tractandas, ὑφ' ὧν τε γίγνονται (v. 27 sq.) repetunt quae docuit II, 1, καὶ ὅτι τούτων πρακτικαὶ καὶ καθ' αὑτάς (v. 28) quae II, 2. 1104^a 27—^{b}3, si καὶ particulam ante ὅτι cum $Π^2$ familia Ald. Paraphr. servamus, contra haec omnia ea tantum, quae illorum locorum posteriore disseruit, si cum melioribus fontibus delemus. Nonne igitur servare eam praestat, ut plenior fiat enumeratio? Eadem particula ante καθ' a $ΓO^b C^c Z^c O^2$ Aspasio adiecta a me et Bywatero recepta est, displicet Stewarto, mihi quoque non prorsus placet, sed admodum placeret ante πρακτικαὶ posita, sicut illo loco placuit etiam Ramsauero, at nimis audax esset haec transpositio. Statuendumne igitur est hyperbaton? Sensus enim haud dubie hic est: „und dass sie von denjenigen Thätigkeiten, aus denen sie entstehen, auch (wiederum) das recht eigent-

[58]) Aristotelische Schriftstellen, Lipsiae 1864. p. 17 n. 2. Ceterum hic vir doctus dissertatione satis verbosa p. 17—23 defendit lectionem εἰ δὲ μή, οὐθείς, sed vix feliciter. Scribit: „Der Cardinalpunkt der Frage ist nicht, ob wir sittlich frei oder unfrei sind, sondern ob unsere Phantasie (!) in unsere Freiheit eingeschlossen ist oder nicht". Breviter ei respondeo et ipse lingua vernacula utens: „Die ganze Frage ist vielmehr einfach diese: was ist aus der Thatsache der Abhängigkeit unserer Handlungen von unseren Vorstellungen für die Freiheit oder Unfreiheit unseres Handelns zu schliessen? Diese Frage wird durch ein Entweder — Oder beantwortet. Entweder ist der Mensch selbst an seinen Lastern Schuld, dann ist er es auch an seinen verkehrten Vorstellungen. Oder aber kein Mensch handelt freiwillig böse, sondern jeder ediglich in Folge verkehrter Vorstellungen über den Lebenszweck, und die Tugend entspringt lediglich daraus, dass man vermöge glücklichen Naturells vielmehr stets zu einem richtigen Urtheil über denselben gelangt, dann ist wenigstens die Tugend ebenso viel oder ebenso wenig freiwillig als das Laster: das Gebiet des Freiwilligen ist dann auf die Wahl der Mittel gleich sehr in beiden Fällen zu beschränken. Folglich ist εἰ δὲ μηδείς nicht die weniger sinngemässe, sondern vielmehr die correctere Lesart. Ob diese Schlussfolgerung des Aristoteles richtig sei oder nicht, das ist freilich eine andere Frage.

lich (καθ' αὑτάς, i. e. οὐ κατὰ συμβεβηκός, ut recte adnotat Stewartus) Hervorbringende sind". Itaque aegre possumus hac particula carere.

Denique ad nonnullos locos redeo iam in tertia harum quaestionum parte a me tractatos propter egregiam huius partis recensionem, quam Goebelius scripsit[50]) in diario: Wochenschrift für klass. Philol. XII. 1895. p. 313—319.

Quod enim 8. 1109ª 16 ἢ πρὸς κοσμιότητα seclusi, probavit hoc vir acutissimus simulque reicit etiam sequentia ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν, πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίγνεται. Consentio, sed ita tantum, ut haec verba, quae, ut recte monet, repetunt tantummodo iam antea v. 13 sq. dicta πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται turbantque ratiocinationis perspicuitatem, non cum eo pro glossa marginali habeam, sed pro altera verborum illorum recensione: possunt enim, si γὰρ pro οὖν restituimus, eorum loco poni, licet minus bene, talesque duplices recensiones in Ethicis Nicomacheis sunt frequentissimae.

2. 1104ª 25 (in loco spurio) acute quidem defendit ceterorum codicum praeter optimum Kᵇ lectionem γὰρ ἡ contra me, qui ex huius libri scriptura δ' ἡ reposui δὴ ἡ, et Bywaterum, qui δὴ praetulit, at ne hunc quidem scriptorem (non est, sicut dixi, ipse Aristoteles), ubi tamen lex est constituenda, hoc ita fecisse reor, ut eam non e phaenomenis derivaret, sed post ea enumerata hanc legem eorum esse causam realem diceret. Crederem fortasse, si etiam codex ille optimus, qui saepissime solus verum aut veri saltem vestigia servavit, haberet γάρ.

7. 1107ª 28 sqq. Probe iudicat vir doctissimus rectum syllogismum restitui, si deleantur verba ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κενώτεροί εἰσιν, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι et v. 32 δὲ servetur. At huius capitis scriptori (iterum enim non est ipse Aristoteles) condonandum est aliquid neque ferrum ignisque statim sunt adhibenda ad sananda verba eius, ut tradita sunt, sed, si fieri potest, lenior adhibenda medicina. Potest igitur enuntiatum, quod haud sine causa idonea Goebelio displicet, fortasse ita excusari, ut eo non tam causam afferri antecedentis putemus, sed illud hac parenthesi paulo tantum magis illustrari. Si autem hoc sumimus, δὴ v. 32 pro δὲ reposito bene procedit colligendi ratio haec: actiones virtutis circa res singulas versantur (περὶ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις, v. 31) et hanc ob rem definitio vir-

---

[59]) Recte, ni fallor, in Polit. II, 10 non modo 1271ᵇ 30. διὸ — 40. Κάμικον, quae mea erat sententia, verum etiam antecedentia 27. ἄποικοι — 30. κατοικοῦσιν ab aliena manu addita esse propensus est ad credendum. Contra in eo mirum in modum erravit, quod in Poeticorum verbis 26. 1462ᵇ 7 sqq. lacunam inesse concedere non vult. Ipse enim in verbis reddendis scribit: „Wenn sie aber mehrere Fabeln haben . . . so hat das Gedicht keine Einheit", et hoc ipsum deest in tradito textu. Ego quidem olim suadente Usenero conatus sum expungendis potius verbis λέγω δὲ οἷον utpote e v. 1 repetitis et ἐὰν ⟨δ'⟩ atque ἔχειν scribendo defectum reparare, at sic, id quod ipse sibi opposuit Usener, coactus eram collocationem praeterea verborum sequentium mutare, quae nihil habet, quo offendat, et sapientes quidam homines ex me quaerebant, cur hoc fecissem. Inter μείουρος autem et μύουρος adiectiva discrimen esse, et quale sit, discere potuit Goebelius e Gomperzi commentatione. Neque μέτρου vocabulo universitatem versuum significari posse concedo.

tutis debet cum rebus singulis congruere (δέον δὴ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν, v. 32), unde sequitur postulatum, ut non solum in universum statuatur, verum etiam ad singula quadret (δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἁρμόττειν) vel, ut aliis verbis dicam, in rebus ad actiones spectantibus vaniores sunt considerationes generales, veriores speciales. Neque ipse in hoc capite ferro ignique uti volui 1107^b 14—16. Non enim abiudicavi ab eius scriptore verba νῦν μὲν οὖν — διορισθήσεται, sed asteriscis dumtaxat ea circumscribenda esse iudicavi, quia non ad eam tantummodo virtutem et ad id vitium, quibus apposita sunt, sed ad cetera omnia eodem modo quadrant, id quod quomodo negari queat, equidem non perspicio. Si tamen Goebelius tam malam fidem huic scriptori habet, ut ne hanc quidem mendam ab eo alienam esse credat, equidem non vehementer intercedo.